



cognata tua ad populum suum et ad deos suos, uade cum ea. Que respondit: Ne aduerseris michi, ut relinquam te et abeam. Quocumque perrexeris pergam, ubi morata fueris et ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, et deus tuus deus meus. Que te morientem terra susceperit, in ea moriar, ibique locum accipiam sepulture. Hec michi faciat deus et hec addat, si non sola mors me et te separauerit. Uidens igitur noemi quod obstinato ruth animo decreuisset secum pergere, aduersari noluit, nec ultra ad suos reditum persuadere. Profecteque sunt simul et uenerunt in bethleem. Quibus urbem ingressis uelox apud cunctos fama percrebruit. Dicebantque mulieres: Hec est illa noemi. Quibus ait: Ne uocetis me noemi, id est pulchram, sed uocate me mara, hoc est amaram, quia ualde me amaritudine repleuit omnipotens. Egressa sum plena, et uacuam reduxit me dominus. Cur igitur uocatis me noemi, quam humiliauit dominus et afflixit omnipotens? Uenit ergo noemi cum ruth moabitide nuru sua de terra peregrinationis sue, ac reuersa est in bethleem, quando primum ordea metebantur.

I

Erat autem uir elimelech consanguineus, homo potens et magnarum opum, nomine booz. Dixitque ruth moabitis ad socrum suam: Si iubes, uadam in agrum et colligam spicas que metentium fugerint manus, ubicumque clementis in me patris familias repperero gratiam. Cui illa respondit: Uade filia mi. Abiit itaque et colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem ut ager ille haberet dominum nomine booz, qui erat de cognatione elimelech. Et ecce ipse ueniebat de bethleem. Dixitque messoribus: Dominus uobiscum. Qui responderunt ei: Benedicat tibi dominus. Dixitque booz iuueni qui messoribus preerat: Cuius est hec puella? Qui respondit: Hec est moabitis que uenit cum noemi de regione moabitide, et rogauit ut spicas colligeret remanentes, sequens messorum uestigia, et de mane usque nunc stat in agro, et nec ad momentum quidem domum reuersa est. Et ait booz ad ruth: Audi filia, ne uadas ad colligendum in altero agro, nec recedas ab hoc loco, sed iungere puellis meis, et ubi messuerint sequere. Mandaui enim pueris meis ut nemo tibi molestus sit; sed etiam si sitieris, uade ad sarcinulas et bibe aquas de quibus et pueri bibunt. Que cadens in faciem suam et adorans super terram dixit ad eum: Unde michi hoc ut inuenirem gratiam ante oculos tuos, et nosse me dignareris peregrinam mulierem? Cui ille respondit: Nuntiata sunt michi omnia que fecisti socrui tue post mortem uiri tui, et quod dimiseris parentes tuos et terram in qua nata es, et ueneris ad populum quem antea nesciebas. Reddat tibi dominus pro opere tuo, et plenam mercedem recipias a domino deo israel, ad quem uenisti, et sub cuius confugisti alas. Que ait: Inueni gratiam ante oculos tuos, domine mi, qui consolatus es me, et locutus es ad cor ancille tue, que non sum similis unius puellarum tuarum. Dixitque ad eam booz: Quando hora uescendi fuerit, ueni huc et comede panem, et intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad messorum latus, et congessit sibi polentam, comeditque et saturata est, et tulit reliquias. Atque inde surrexit ut spicas ex more colligeret. Precepit autem booz pueris suis dicens: Etiam si uobiscum metere uoluerit, ne prohibeatis eam, et de uestris quoque manipulis proicite de industria, et remanere permittite, ut absque rubore colligat, et colligentem nemo corripiat. Collegit ergo in agro usque ad uesperam, et que collegerat uirga cedens et excutiens inuenit ordei quasi ephi mensuram, id est tres modios. Quos portans reuersa est in ciuitatem, et ostendit socrui sue. Insuper protulit et dedit ei de reliquiis cibi sui, quo saturata fuerat. Dixitque ei socrus sua: Ubi hodie collegisti, et ubi fecisti opus? Sit benedictus qui misertus est tui. Indicauitque ei apud quem esset operata, et nomen dixit uiri, quod booz uocaretur. Cui respondit noemi: Benedictus sit a domino, quoniam eandem gratiam quam prebuerat uiuis seruauit et mortuis. Rursumque: Propinquus, ait, noster est homo. Et ruth: Hoc quoque, inquit, precepit michi, ut tamdiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur. Cui dixit socrus: Melius est filia mi ut cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi. Iuncta est itaque puellis booz, et tamdiu cum eis messuit, donec ordea et triticum in horreis conderentur.

II

Postquam autem reuersa est ad socrum suam, audiuit ab ea: Filia mi, queram tibi requiem, et prouidebo ut bene sit tibi. Booz iste cuius puellis in agro iuncta es propinquus noster est, et hac nocte aream ordei uentilat. Laua igitur et ungere, et induere cultioribus uestimentis, ac descende in aream. Non te uideat homo donec esum potumque finierit. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat; ueniesque et discoperies pallium quo operitur a parte pedum, et proicies te, et ibi iacebis. Ipse autem dicet tibi quid agere debeas. Que respondit: Quicquid preceperis faciam. Descenditque in aream, et fecit omnia que sibi imperauerat socrus. Cumque comedisset booz et bibisset, et factus esset hylarior, issetque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, uenit abscondite

[illegible] pedib: eius pallio se pecit: Et eare nocte

[illegible] go sum ruth ancilla tua. Expande

[illegible] pallium tuum super famulam tuam. [illegible]

[illegible] propinquitatis nostre red

[illegible] ad

[illegible] susceptam nunc vos. Dor mi

[illegible] Dormiuit itaq; ad pedes eius: usq;

ad noctis silentium. Surrexit itaq; antequam ho

mines se cognoscant mutuo. Et dixit boos. Cave

ne quis sciat quod huc ueneris. Et rursum ei dixit

mitte palium tuum quod operis: et tenente utraq; manu

[illegible] tenente uero sex modios

[illegible] supra eam. Que portans ingressa est

[illegible] ad socrum suam. Que cognoscens quod

[illegible] et omnia que sibi facta sunt. Ho

[illegible] Et ait sex modios ordei dedit mihi ait. Nolo

[illegible] reuerti ad socrum tuam. Dixitq; noemi. Et

[illegible] quid factum sit habeat. Su

[illegible] quod locutus est.

Ascendit igitur boos ad portam: et sedit ibi. Cum

[illegible] propinquior ceteris de quo prius ser

mo habitus est: uocauit eum. Dixitq; ad eum. Declina paululum et

[illegible] uocatus est nomine suo. Qui declinauit et sedit.

Tollens itaq; boos decem uiros de senioribus ciuitatis:

dixit eis. Sedete hic. Qui cum resedissent. locutus

est ad propinquum. Partem agri fratris nostri helimelech uendit

[illegible] et reuersus est de regione moab. Quam

[illegible] et omnes audiant. Si redimere

[illegible] in conspectu meo. Si uis possidere agrum

[illegible] Si autem non uis. Dic mihi ut sciam. Non enim est

[illegible] qui faceat debet. Cui

[illegible] ego post te. Et ait. Ego agrum emam. Cui dixit boos.

Die quod emeris agrum de manu mulieris. Ruth

[illegible] mulieris que defuncti fuit debes accipere

[illegible] nomen propinquitatis mi

[illegible] Ego uero propinquus

[illegible]

[illegible] ritate familie mee delere debeo. Tu mecum uice pro

[illegible] quibus unus est [illegible]

[illegible] suo nec erat mos ut ei [illegible] solueret

[illegible] habere [illegible] suo [illegible] pro suo [illegible] ei

testium cessionis mos fuit. Dixit ergo propinquo suo

boos. Tolle calceamentum. Quod statim soluit de pede suo

Ait ille maioribus natu et uniuersis populo. Testes inquit

uos estis hodie quod possederim omnia que fuerunt helime

lech et chelion et maalon. Tradente noemi et ruth

moabitidem uxorem maalon. Connubium supserimus

ut suscitem nomen defuncti in hereditate sua: ne nominis

eius de familia sua ac fratribus et populo deleat. Vos inquam

hui rei testes estis. Responderunt omnis populus qui erat

porta et maiores natu. Nos testes sumus. Faciat do

minus hanc mulierem que ingredi domum tuam sicut rachel

et lyam que edificauerunt domum israel: ut fiat exemplum

uirtutis in effrata et habeat celebre nomen in beth

leem. Fiatque domus tua sicut domus phares quem

[illegible] ruth: de semine quod dedit dominus tibi ex hac

puella. Tulit itaq; boos ruth: et accepit uxorem

ingressusque est ad eam: et dedit illi dominus ut concipe

ret filium. Dixerunt ergo mulieres ad noemi. Be

nedictus dominus qui non passus est ut deficeret successor

familie tue et uocaretur nomen eius in israel. Habeas

qui solet animam tuam et enutriat senectutem tuam

natus est enim qui te diligat et multo te me

lior quam si septem habeas filios. Susceptum quoque

puerum posuit in sinu suo et nutrius est eum. Et

ei fungebat. Vicine autem mulieres congratulabantur

et dicentes. Natus est filius noemi: uocaueruntque nomen

eius obed. Hic est pater ysai patris dauid. Hi sunt

generationes phares. Phares genuit esrom. Et

rom genuit aram. Aram genuit aminadab.

aminadab genuit naason. Naason genuit sal

mon. Salmon genuit boos. Boos genuit obed. Obed

genuit ysai. Ysai genuit dauid regem. explicit liber

ruth incipit prolog. b. ho. i li. re

Quattuor et uiginti seniores apocalipsis

[illegible] hebreos. Horum quos [illegible] inuenimus testatur. Quod hebree magna ex

parte consonis et [illegible] [illegible] habent. Eodem sono et uocis et [illegible]

[illegible] tamen totius libri

[illegible] apud eos discrepantes

Certum est autem scribam legis et doctorem pt

Explicit

Incipit liber primus

Vir unus de ramathaim sophim de monte effraim et nomen eius helchana filii ieroam filii eliu filii thohu filii suph effratheus et habebat duas uxores nomen unam anna et nomen secunde fenenna fuerunt autem fenenne filii anne autem non erant filii et ascendebat uir iste de ciuitate sua diebus statutis ut adoraret et sacrificaret deo exercituum in silo porro duo filii heli hofni et finees sacerdotes domini erant et factum est cum immolasset helchana et dedisset fenenne uxori sue et cunctis filiabus eius partes carnium anne autem dedit partem tristem quia anna diligebat dominum et dominus conclusit uulnere uterum eius et prouocabat eam aemula eius ut irritaret eam eo quod dominus conclusisset uulnere uterum eius sic faciebat per annos singulos cum ascendisset in domum domini sic prouocabat eam igitur flebat et non comedebat dixitque ei helchana uir eius anna quare ploras et quare non comedis et quare affligis te numquid non ego melior tibi sum quam decem filii surgens igitur anna post quam comesta fuerat silo et biberat et heli sacerdote sedente super solium ante postes templum domini ait illa dominus exercituum si respiciens uideris afflictionem ancille tue et memor fueris mei nec oblitus fueris ancille tue dabis ancille tue semen uirile dabo eum domino omnibus diebus uite eius et nouacula non ascendet super caput eius factum est autem cum multiplicasset orare coram domino heli custodiebat os suum anna porro loquebatur in corde suo tantummodo labia eius commouebantur et uox illius non audiebatur existimauit igitur heli eam esse ebriam dixitque ei usque quo ebria eris depone uinum quod habes a te responditque anna non domine mea ego mulier infelix nimis uinum quod potauerat non bibi nec siceram sed effudi animam meam coram domino ne putes ancillam tuam quasi unam de filiabus belial propter multitudinem doloris et maeroris mei locuta sum usque nunc tunc heli ait ei uade in pace deus israel det petitionem tuam quam rogasti eum et illa dixit inuenit ancilla tua gratiam in oculis tuis et abiit mulier in uiam suam et comedit uultusque illius non sunt amplius in ea mutati et surgentes mane adorauerunt coram domino reuersique et uenerunt in domum suam in ramatha cognouit autem helchana anna uxorem suam et dedit eam dominus et factum est post circulum dierum concepit anna et peperit filium uocauitque nomen eius samuel eo quod a domino postulasset eum ascendit igitur uir helchana et omnis domus eius ut immolaret domino hostiam solemnem votum suum et ut offerret in altaribus domini anna autem non ascendit dixit enim uiro suo donec ablactetur infans et apparebit ante conspectum domini et maneat ibi usque in sempiternum ait ei helchana uir eius fac quod bonum uidetur in oculis tuis mane donec ablactes eum tantummodo ut impleat dominus uerbum suum igitur mansit mulier et lactauit filium suum donec ablactauit eum et ablactauerat ut ablactaretur infans tribus uitulis et ephi unum et adduxerat eum in silo et ipse puer erat adhuc infantulus immolauerunt uitulum et obtulerunt puerum heli et ait anna obsecro domine uiuit anima tua domine ego sum illa mulier quae steti coram te hic orans dominum pro puero isto ut daret mihi dominus petitionem meam quam postulabam eum idcirco et ego commodo eum domino cunctis diebus quibus fuerit accommodatus domino et adorauerunt ibi dominum

Exultauit cor meum in domino exaltatum est cornu meum in deo meo dilatatum est os meum super inimicos meos quia laetata sum in salutari tuo non est sanctus sicut est dominus neque enim est extra te et non est fortis sicut deus noster multiplicamini loquimini sublimia exultantes glorias uestras



... meam singulare certamen. Audiens autem saul et omnes israelite sermones philistei huiuscemodi stupebant et metuebant nimis. David autem erat filius efratei de quo supra dictum est de bethleem iuda cui nomen erat ysai qui habebat octo filios, et erat vir in diebus saul senex et grandevus inter viros. Abierunt autem tres filii eius maiores post saul in prelium. Et nomina trium filiorum eius qui perrexerant ad bellum eliab primogenitus et secundus aminadab. tertiusque samma. David autem erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis saulem; abiit david et reversus est a saul ut pasceret gregem patris sui in bethleem. Procedebat vero philisteus mane et vespere, et stabat xl diebus. Dixit autem ysai ad david filium suum. Accipe fratribus tuis ephi polente et decem panes istos et curre in castra ad fratres tuos, et decem formellas casei has deferes ad tribunum. Et fratres tuos visitabis si recte agant; et cum quibus ordinati sint disce. Saul autem et illi et omnes filii israel in valle therebinthi pugnabant adversum philistiim. Surrexit itaque david mane et commendavit gregem custodi et onustus abiit sicut preceperat ei ysai et venit ad locum magala et ad exercitum qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine. Direxerat enim aciem israel, sed et philistiim ex adverso fuerant preparati. [illegible] ... custodis ad sarcinas [illegible] ... et interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos. Cumque adhuc ille loqueretur eis, [illegible] ... ex castris philistinorum. Et loquente eo hec eadem verba, audivit david. Omnes autem israelite cum vidissent virum, fugerunt a facie eius timentes eum valde. Et dixit unusquisque de israel. Num vidistis virum hunc qui ascendit? Ad exprobrandum enim israel ascendit. Virum ergo qui percusserit eum ditabit rex divitiis magnis; et filiam suam dabit ei: et domum patris eius faciet absque tributo in israel. Et ait david ad viros qui stabant secum dicens. Quid dabitur viro qui percusserit philisteum hunc et tulerit obprobrium de israel? Quis est enim hic philisteus incircumcisus qui exprobravit acies dei viventis? Referebat autem ei populus eundem sermonem dicens. Hec dabuntur viro qui percusserit eum. Quod cum audisset eliab frater eius maior loquente eo cum aliis iratus est contra david et ait. Quare venisti et

ad manum

quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto? Ego novi superbiam tuam et nequitiam cordis tui: quia ut videres prelium descendisti. Et dixit david, quid feci? Numquid non verbum est? Et declinavit paululum ab eo ad alium. Dixitque eundem sermonem. Et respondit ei populus verbum sicut prius. Audita sunt autem verba que locutus est david: et annuntiata in conspectu saul. Ad quem cum fuisset adductus, locutus est ei. Non concidat cor cuiusquam in eo. Ego servus tuus vadam et pugnabo adversus philisteum. Et ait saul ad david. Non vales resistere philisteo isti nec pugnare adversus eum quia puer es; hic autem vir bellator ab adolescentia sua. Dixitque david ad saul. Pascebat servus tuus patris sui gregem; et veniebat leo vel ursus tollebatque arietem de medio gregis et sequebar eos et percutiebam eruebamque de ore eorum. Et illi consurgebant adversum me et apprehendebam mentum eorum et suffocabam interficiebamque eos. Nam et leonem et ursum interfeci ego servus tuus. Erit igitur et philisteus hic incircumcisus quasi unus ex eis. Nunc vadam et auferam obprobrium populi. Quoniam quis est iste philisteus incircumcisus qui ausus est maledicere exercitui dei viventis? Et ait david. Dominus qui eruit me de manu leonis et ursi; ipse liberabit me de manu philistei huius. Dixit autem saul ad david. Vade; et dominus 14
tecum sit. Et induit saul david vestimentis suis, et in[illegible] ... capiti eius. Et vestivit eum lorica. [illegible] ... suam; cepit temptare si armatus posset incedere. Non enim habebat consuetudinem. Dixitque david ad saul. Non possum sic incedere quia nec usum habeo. Et deposuit ea. Et tulit baculum suum quem semper habebat in manibus; et elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente et misit eos in peram pastoralem quam habebat secum et fundam manu tulit et processit adversum philisteum. Ibat autem philisteus incedens et appropinquans adversum david et armiger eius ante eum. Cumque inspexisset philisteus et vidisset david despexit eum. Erat enim adolescens rufus et pulcher aspectu. Et dixit philisteus ad david. Numquid ego sum canis quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit philisteus david in diis suis. Dixitque ad david. Veni ad me et dabo carnes tuas volatilibus celi et bestiis terre. Dixit autem david ad philisteum. Tu venis ad me cum gladio et hasta et clipeo; ego autem venio ad te in nomine domini exercituum dei agminum israel quibus exprobrasti hodie

[...] suspicetur rex adversus servum suum rem hu-
iuscemodi in universa domo patris mei. Non enim scivit
servus tuus quicquam super hoc negotio vel modicum vel
grande. Dixitque rex: Morte morieris achimelech:
tu et omnis domus patris tui. Et ait rex emissariis
qui circumstabant eum: Convertimini et interficite sacerdo-
tes domini: nam manus eorum cum david est: scientes quod fugisset
et non indicaverunt mihi. Noluerunt autem servi regis exten-
dere manus suas in sacerdotes domini. Et ait rex ad do-
eg: Convertere tu et irrue in sacerdotes domini. Conver-
susque doeg ydumeus irruit in sacerdotes et truci-
davit in die illa lxxxv. viros vestitos ephod lineo.
Nobe autem civitatem sacerdotum percussit in ore gladii:
viros et mulieres parvulos et lactentes bovemque et
asinum et ovem in ore gladii. Evadens autem unus filius
achimelech filii achitob cuius nomen erat abiathar
fugit ad david et annuntiavit ei quod occidisset saul sacer-
dotes domini. Et ait david ad abiathar: Sciebam in die illa
quod cum ibi esset doech ydumeus procul dubio annuntiaret
sauli. Ego sum reus omnium animarum patris tui. Ma-
ne mecum ne timeas: si quis quesierit animam meam que-
ret et animam tuam: mecumque servaberis. XXIII

Et annuntiaverunt david dicentes: Ecce philisthiim
oppugnant ceilam et diripiunt areas. Con-
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
pugnavit adversum philisteos et abegit iumenta
eorum et percussit eos plaga magna: et salvavit david ha-
bitatores ceile. Porro eo tempore quo fugiebat abia-
thar filius achimelech ad david in ceilam: ephod secum
habens descenderat. Nuntiatum est autem saul quod venisset
david in ceilam: et ait saul: Tradidit eum deus in manus meas:
conclususque est ingressus urbem in qua porte et sere sunt.
Et precepit saul omni populo ut ad pugnam descenderet
in ceilam et obsideret david et viros eius. Quod cum rescisset
david quia prepararet ei saul clam malum dixit ad abia-
thar sacerdotem: Applica ephod. Et ait david: Domine deus
israel audivit famam servus tuus quod disponat sa-
ul venire ad ceilam ut evertat urbem propter me. Si tra-
dent me viri ceile in manus eius? et si descendet saul sicut audi-
vit servus tuus? Domine deus israel indica servo tuo. Et ait
dominus: Descendet. Dixitque david: Si tradent me viri cei-
le et viros qui sunt mecum in manus saul? Et dixit dominus:
Tradent. Surrexit ergo david et viri eius quasi sexcenti et egressi
de ceila huc atque illuc vagabantur incerti. Nuntiatumque est
saul quod fugisset david de ceila et salvatus esset. Quam ob rem
dissimulavit exire. Morabatur autem david in deserto
in locis firmissimis: mansitque in monte solitudinis
ziph in monte opaco. Querebat eum tamen saul cunctis die-
bus: et non tradidit eum deus in manus eius. Et vidit david quod egres-
sus esset saul ut quereret animam eius. Porro david erat
in deserto ziph in silva. Et surrexit ionathas filius
saul et abiit ad david in silvam: et confortavit manus eius
in deo. Dixitque ei: Ne timeas: neque enim inveniet te
manus saul patris mei. Et tu regnabis super israel: et e-
go ero tibi secundus. Sed et saul pater meus scit hoc. Percussit
ergo uterque fedus coram domino. Mansitque david in silva: io-
nathas autem reversus est in domum suam. Ascenderunt
autem ziphei ad saul in gabaa dicentes: Nonne ecce
david latitat apud nos in locis tutissimis silve in col-
le achile que est ad dexteram deserti? Nunc ergo sicut deside-
ravit anima tua ut descenderes descende. Nostrum autem erit
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
vobiscum. Quod si etiam in terram se abstruserit perscru-
tabor eum in cunctis milibus iuda. At illi surgentes abierunt
in ziph ante saul. David autem et viri eius erant in ad dexteram
deserto maon: in campestribus iesimuth. Ivit ergo sa-
ul et socii eius ad querendum eum. Et nuntiatum est david. Stati-
mque descendit ad petram et versabatur in deserto maon.
Quod cum audisset saul: persecutus est david in deserto ma-
on. Et ibat saul et viri eius ad latus montis ex par-
te una. David autem et viri eius erant in latere montis ex parte
altera. Porro david desperabat se posse evadere a facie saul.
Itaque saul et viri eius in modum corone cingebant
david et viros eius ut caperent eos. Et nuntius venit ad
saul dicens: Festina et veni quoniam infuderunt se philis-
tiim super terram. Reversus est ergo saul desistens persequi
david et perrexit in occursum philistinorum. Propter hoc vo-
caverunt locum illum petram dividentem.

Ascenderunt q̃ dõ inde & habitaverunt in locis tutissimis engaddi. Cumq̃ re-
versus esset saul postq̃m persecutus est philisteos;
nuntiaverunt ei dicentes. Ecce dõ in deserto est en-
gaddi. Assumens q̃ saul tria milia electorum viro-
rum ex omni israel. perrexit ad inquirendum dõ & viros ei-
us usq̃ super abruptissimas petras. q̃ solus habitabant
in silice. & venit ad caulas ovium. q̃ se offerebant viam
in. Eratq̃ ibi spelunca. q̃ ingressus est saul ut purga-
ret ventrem. Porro dõ & viri eius interiores partes spe-
lunce latebant. Et dixerunt servi dõ ad eum. Ecce dies
de q̃ locutus est dõs ad te. ego tradam inimicum tuum
in manu tua. ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit
q̃ dõ. & paulatim oram clamidis saul silenter. Postq̃
percussit cor suum dõ. eo q̃ abscidisset oram clamidis
saul. Dixitq̃ ad viros suos. propitius sit mihi dõs
ne faciam hanc rem domino meo christo domini. ut mittam
manum meam in eum. quoniam christus dõi est. Vnitq̃ dõs q̃
in dõs pavisset eum. aut dies eius venerit ut moriatur.
aut descendens in prelium pereat. propitius sit mihi dõs
ut non mittam manum meam in christum dõi. Et obiurg-
dõ viros suos sermonibus. & non permisit eos ut con-
surgerent in saul. Porro saul exurgens de spelunca.
pergebat cepto itinere. Surgens autem & dõ post eum. ex-
clamans de spelunca dicebat post tergum saul dicens.
Domine mi rex. Et respexit saul post se. & inclinatus
terram adorabat. Dixitq̃ ad saul. Cur audis verba hominum loquentium. dõ quia malum ad
versum te. Ecce hodie vidisti oculis tuis. quod tradidit te
dõs in manu mea in spelunca. Locutusque sum ut occidam
te. & pepercit oculus meus. Dixi enim. non extendam ma-
num meam in domino meo. quia christus dõi est. Quin potius
pater mi vide & agnosce oram clamidis tue in ma-
nu mea. quam cum precidissem. nolui extendere manum meam in te. Animadverte & vide.
quia non est in manu mea malum. neq̃ iniquitas. neq̃
peccatum in te. Tu autem insidiaris anime meae ut auferas
eam. Judicet dõs inter me & te. & vindicet me dõs
ex te. manus autem mea non erit in te. sicut & vetusto
antiquo dicitur. Ab impiis egredietur impietas. Manus
autem mea non erit in te. Quem persequeris rex israel. cuve persequeris. Canem mortuum persequeris. & pulicem unum.
Sit dõs iudex & iudicet inter me & te. & videat & iudicet causam meam. & eruat me de manu tua. Cum autem
complesset dõ loquens sermones hos. dixit ad saul.

Dixit saul. Numquid vox hec tua es fili mi dõ. Et levans
vocem suam flevit. Dixitq̃ ad dõ. Justior
tu es quam ego. Tu enim retribuisti mihi bona. ego autem
reddidi tibi mala. & tu indicasti mihi hodie quod feceris mihi
bona. cum tradidisset me dõs in manu tua. & non occi-
disses me. Quis enim cum invenerit inimicum suum dimit-
tet eum in via bona. Sed dõs reddat tibi vicissitudi-
nem hanc. pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc
quia scio quod certissime regnaturus sis. & habitura
in manu tua regnum israel. iura mihi in dõo ne deleas
semen meum post me. neq̃ auferas nomen meum de do-
mo patris mei. Et iuravit dõ saul. Abiit q̃ saul
in domum suam. & dõ & viri eius ascenderunt ad tuciora
loca.

Mortuus est autem samuel. & congregatus
est universus israel. & planxerunt eum
in luctu. & sepelierunt eum in domo patris sui in ramatha.
Consurgensq̃ dõ descendit in desertum pharan. Erat
autem vir quispiam in solitudine maon. & possessio eius
in carmelo. & homo ille magnus nimis. Eratq̃ ei oves
tria milia. & mille capre. Et accidit ut tonderet gregem
eius in carmelo. Siom autem vir illius erat nabal. & no-
men uxoris eius abigail. Eratq̃ mulier illa prudentissima. & speciosa. porro vir eius durus. & pessimus
& malitiosus. Erat autem de gente caleph. Cum q̃ audisset
saul in deserto [illegible]
& iuvenes. & dixit [illegible]
nutus ad nabal [illegible]
pacifice. [illegible]
[illegible] & [illegible] hyates sit pax. Et multis
annis salvos faciat tuos. & domum tuam. audivi
quod tondeant pastores tui q̃ erant nobiscum in deserto.
Nullum eis molestum fecimus. & aliquando defuit eis quicquam
de grege. omni tempore q̃ fuerunt nobiscum in carmelo. Interro-
ga puros tuos. & indicabit tibi. Sint q̃ inveniant
puerum tuum gratiam in oculis tuis. In die enim bona venimus.
Quicquid invenit manus tua da servis tuis. & filio
tuo david. Cumq̃ venissent pueri dõ locuti sunt ad na-
bal omnia verba hec ex nomine dõ. & siluerunt. Respon-
dens autem nabal pueris dõ. ait. Quis est dõs & quis est
filius yesse. Hodie invenerunt servi q̃ fugiunt dominos
suos. Tollam q̃ panes meos & aquas meas. & carnes
pecorum q̃ occidi tondentibus meis. & dabo viris quos
nescio unde sint. Regressi sunt itaq̃ per viam dõ per viam
suam. & reversi venerunt. & nuntiaverunt ei omnia verba
q̃ dixerat nabal. Tunc dõ ait viris suis. Accingat

[illegible] abiisai filium Iaroie Bethlehemitem iudicantem Israel.
[illegible] meum ad Saul misit. Dixitque abiisai ad
[illegible] dominum extendam regem. Venerunt igitur dauid et abiisai ad populum
[illegible] nocte. et invenerunt saul iacentem et dormientem in tentorio. et hastam eius infixam ante caput eius; abner autem
[illegible] populus dormiebat in circuitu eius. Dixitque abiisai ad
dauid. Conclusit deus hodie inimicum tuum in manu tua.
[illegible] eum lancea in terra semel. et secundo apponere non
[illegible] dixit dauid ad abiisai. Noli occidere eum. Quis
enim extendit manum suam in christum domini. et innocens erit?
[illegible] dauid. Vivit dominus quia nisi dominus percusserit eum aut dies
[illegible] ut moriatur aut in proelio descendens perierit;
[illegible] sit mihi dominus ne extendam manum meam in christum
domini. Sed tolle hastam quae est ad caput eius. et saphim
atque [illegible] Tulit igitur dauid hastam et saphim atque
quae erat ad caput eius. et abierunt. Et non erat qui
[illegible] et non vigilaret; omnis namque
[illegible] fuerat super eos. Cumque transisset
[illegible] in locum procul stans de longe
[illegible] eos; clamavit dauid ad po
pulum. et ad abner filium ner dicens. Numquid tu es
abner? Et respondens abner ait. Quis es tu qui cla
mas. et inquietas regem? Et ait dauid ad abner. Nonne
non vir tu es? Et quis similis tui in israel? Cur igitur non
custodisti dominum tuum regem? Ingressus est enim unus de
populis ut interficeret dominum tuum regem. Sed non est
hoc quod fecisti. Vivit dominus quia filii mortis estis vos. qui non
custodistis dominum vestrum christum domini. Sed et nunc ubi sit
hastam regis. et ubi saphim atque qui erat ad caput
eius. Cognovit autem saul vocem dauid. et dixit. Numquid vox tua
haec fili mi dauid? Et ait. Vox mea domine mi rex. Et ait

dauid. Quare
[illegible] mea dominus
[illegible] et ait

[illegible] dominus meus persequitur servum suum? Quid feci ego aut quod est in manibus meis
malum? Nunc igitur audiat dominus meus rex iubeat servum tuum.
Si dominus incitat te adversum me: odorem sacrificium
Si autem filii hominum; maledicti sint in conspectu domini. quia eiecerunt me hodie ut non habitem in hereditate domini
dicentes: Ite servite diis alienis. Et nunc non effundat
sanguis meus in terra coram domino; quia egressus est rex israel ut
quaeratur pulex unus. sicut persequitur perdix in montibus.
Et ait saul. Peccavi. Revertere fili mi dauid. Sed quia
eum iam malo tibi facere; eo quod pretiosa fuerit anima mea
in oculis tuis hodie. Apparet enim quod stulte egerim;

[illegible] multa [illegible]
[illegible] hasta regis; tollatur unus de pueris regis. et tol
latur ad eum. Dominus autem retribuet unicuique secundum iusti
tiam suam. et fidem. Tradidit enim te dominus hodie in ma
nu mea. noluit levare manum meam
[illegible] dominum dei. Et sicut magnificata est anima tua hodie
oculis meis; sic magnificetur anima mea [illegible] in
[illegible] et liberet me de omni angustia. Ait quoque saul ad
dauid. Benedictus tu fili mi dauid. Et quidem facies fac;
et potens potis. Abiit autem dauid in viam suam. et reversus est

XXVI

Et ait
dauid in corde suo. Aliquando incidam nunc die
in manu saul. Nonne melius est ut fugiam et salvetur in
terra philistinorum. ut desperet saul ne quaerat me ultra
in cunctis finibus israel? Fugiam igitur manus eius. et sic evadet
dauid. et abiit ipse et sexcenti viri cum eo ad achis filium
maoch regem geth. Et habitavit dauid [illegible]
geth. ipse et viri eius. et domus eius. dauid et duae uxores eius
achinoem iezrahelitem et abigail uxorem nabal carmelitem.
Et nuntiatum est saul quod fugisset dauid in geth. et non
addidit ultra ut quaereret eum. Dixit autem dauid ad achis.
Si inveni gratiam in oculis tuis; detur mihi locus in una ur
bium regionis huius ut habitem ibi. Cur enim manet
servus tuus in civitate regis tecum? Dedit itaque
achis in die illa siclech. Propterea facta est
siclech regum iuda usque in diem hanc. Fuerunt autem dies
quibus habitavit dauid in regione philistinorum
quattuor mensium. Et ascendit dauid et viri eius. et egressi sunt
pagos gesiuri et [illegible] et amalechites. Hi
enim pagi habitabant in terra antiquitus [illegible]
siur usque ad terram egypti. Et percutiebat dauid omnem
terram; nec relinquebat viventem virum et mulierem.
Tollensque oves et boves et asinos et camelos et ve
stes; revertebatque et veniebat ad achis. Dicebat autem
ei achis. Numquid irruistis hodie? Respondebat dauid.
Contra meridiem iudae et contra meridiem iezrahel et contra
meridiem cenei. Virum et mulierem non vivificabat dauid.
ne adducebat in geth dicens. Ne forte loquantur contra
nos. Haec fecit dauid. Hoc est decretum illi diebus di
ebus quibus habitabat in regione philistinorum.
Credidit igitur achis dauid dicens. Quia [illegible]
[illegible] contra plebem suam israel. Erit igitur mihi servus semper.

XXVII

Factum
est autem in diebus illis congregaverunt philistiim agmina sua ut
pugnarent ad bellum contra israel. Dixit ergo achis ad

[illegible] 24



[illegible] ⁊ cū accedet ad eū homo ut saluaret illū, exten-
debat manū suam ⁊ apprehendens osculabat eū. Sic fa-
ciebat cuncto Israel qui ueniebat ad iudicium ut
iudicaret a rege ⁊ subplantabat corda uirorum Israel.
Post quadraginta autem annos dixit absalon ad regem. Ro-
gabo ⁊ reddam uotum meum quod uouit dño in hebron.
Votum enim uouit seruus tuus cum esset in gessur
syrie dicens. Si reuocauerit me dominus in urbem sancta
lem ero dño. Dixit ei rex. Vade in pace. Et surgens
abiit in hebron. Misit autem absalon exploratores
[illegible] dicens. Cum audieritis clarisonum tubarum
[illegible] Regnabit absalon in he-
bron. [illegible] ⁊ ducentos uiros de hierusalem
uocati, cum [illegible] simplicitate ignorantes
[illegible] gaudentes
[illegible] ⁊ [illegible] ⁊ [illegible] ⁊ [illegible]
[illegible] ⁊ [illegible] ⁊ [illegible]
[illegible] ⁊ [illegible] ⁊ [illegible]
[

Venit autem
sadoch sacerdos et omnis levita cum eo portantes arcam
fœderis dei et deposuerunt archam dei. Et ascendit
abiathar donec expleretur omnis populus egressus
est de civitate. Et dixit rex ad sadoch. Reporta ar-
cam dei in urbem. Si invenero gratiam in oculis domini
reducet me et ostendet mihi eam et tabernaculum suum.
Si autem dixerit non placeo: ecce sum. faciat quod bonum
est coram se. Et dixit rex ad sadoch sacerdotem. O tu
videns. revertere in civitatem in pace. achimaas filius tuus
et ionathas filius abiathar duo filii vestri sint vobiscum.
Ecce ego abscondar in campestribus deserti donec ue-
niat sermo a vobis mihi. Deportaverunt ergo
sadoch et abiathar arcam dei in hierusalem et manserunt
ibi. David autem ascendebat clivum olivarum ascendens et
flens operto capite et nudis pedibus incedens. Porro
populus qui erat cum eo operuerat caput suum ascendebat plorans.
Nunciatum est David. Ecce iuravit achitophel
cum abiathar sacerdote. Et dixit David. Quæso domine
converte consilium achitophel in stultitiam. Et factum est cum
David transisset verticem montis ubi adorabat deum
ecce occurrit ei husai arachites scissa veste et terra plena capite. Et dixit ei David.
Si venis mecum eris mihi onerosus. Si autem redieris civitatem
et dixeris absalon. Servus tuus sum rex. pater tuus fuit
ita ero servus tuus. Dissipabis consilium achitophel
husai arachites ad absalon. Nonne sadoch et abiathar sacerdotes
tecum erunt. Quicquid audieris de domo regis
indicabis sadoch et abiathar sacerdotibus. Ecce habent
secum filios suos. Ahimaas filius sadoch et ionathas filius
abiathar. Per manus eorum mittetis ad me omne
quod audieritis. Venit ergo husai amicus David in urbem.
absalon quoque ingressus est hierusalem.

Cum David paululum transisset verticem montis
occurrit ei siba puer miphibosethi cum duobus asinis onustis
ducentis panibus et centum allegaturis uino pas-
se et centum massis palatarum et duobus utribus uini.
Et dixit rex ad siba. Quid sibi volunt hæc? Respondit
siba. Domus regis ad vehendum familiam regis ut sedeant
panes et palatæ ad vescendum pueris tuis. vinum
autem ut bibat quicquid defecerit in deserto. Et ait rex
Ubi est filius domini tui? Respondit siba regi. Remansit
in hierusalem dicens. Hodie restituet mihi domus israel regnum
patris mei. Et ait rex ad siba. Tua sint omnia quæ fuerunt
miphibosethi. Dixit siba. Obsecro inveniam gratiam

coram te domine mi rex. Venit autem rex usque bahurim et
ecce egredebatur inde vir de cognatione domus saul
nomine semei filius gera. Egredebatur et maledicebat
et lapidabat contra David et omnes servos David. Porro omnis populus
et universi fortes erant a dextris et a sinistris regis. Hæc autem
dicebat semei cum maledicere
regi. Egrede egrede vir sanguinum et vir bellator.
Revertere domine super te omnem sanguinem domus saul quia
invasisti regnum pro eo. Ecce dedit dominus regnum in manu
absalon filii tui et ecce premitur malis tuis quia vir
sanguinum es. Dixit autem abisai filius saruiæ regi.
Cur maledicat canis iste mortuus domino meo regi.
Vade et amputabo caput eius. Ait rex. Quid mihi et vobis
filii saruiæ. Si maledicit ei quia maledixit
dominus ei præcepit ei ut maledicat David. Et quis est qui
audeat dicere cur sic fecerit. Et ait rex abisai et omnibus
servis suis. Ecce filius meus qui egressus est de visceribus meis
quærit animam meam. Quanto magis nunc filius iemini
parcite ei. Dimittite eum ut maledicat. Forsitan
respiciat dominus humilitatem meam et det mihi bonum
pro maledictione hodierna. Ambulabat ergo
David et socii eius per viam contra eum. Semei autem pergebat ex adverso
e latere montis contra eum maledicens et iaciens
lapides contra eum. Rex et omnes populi qui erant cum eo venerunt
fatigati. Absalon
Et achitophel
ad eum. Dixit
Ecce inquit
ad amicum tuum. Quem ergo
sponsum elegit hic et omnis hic populus et vir israel
manebo. Et ut hoc inferam tibi ego sum
filius regis. Sicut parui patri tuo sic parebo
tibi. Dixit autem absalon ad achitophel. Inite consilium
quid agere debeamus. Et ait achitophel ad absalon. Ingre-
dere ad concubinas patris tui quas dimisit ad custodiendam
domum. ut cum audierit omnis israel quod sedatus pa-
tri tuo roborentur manus eorum tecum. Tetenderunt igitur
absalon tabernaculum in solario. Ingressus est ad con-
cubinas patris sui coram omni israel. Consilium autem
achitophel quod dabat in diebus illis quasi si quis sciscitetur
verbum. Sic erat omne consilium achitophel et cum esset cum
David et cum esset cum absalon.

XI

surrecturus sit. Sed et hec que non postulasti dedi tibi: divitias scilicet et gloriam; ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus. Si autem ambulaveris in viis meis et custodieris precepta mea et mandata mea sicut ambulavit pater tuus; longos faciam dies tuos. Igitur evigilavit Salomon et intellexit quod esset sompnium. Cumque venisset Ierusalem: stetit coram archa federis Domini et obtulit holocausta et fecit victimas pacificas et grande convivium universis famulis suis. Tunc venerunt due mulieres meretrices ad regem; steteruntque coram eo. Quarum una ait. Obsecro mi domine. Ego et mulier hec habitabamus in domo una; et peperi apud eam in cubiculo. Tercia autem die postquam ego peperi: peperit et hec. Et eramus simul nullusque alius in domo nobiscum exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte; dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens intempeste noctis silentio: tulit filium meum de latere meo ancille tue dormientis; et collocavit in sinu suo. Suum autem filium qui erat mortuus; posuit in sinu meo. Cumque surrexissem mane ut darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce deprehendi non esse meum quem genueram. Respondit altera mulier. Non est ita. Sed filius tuus mortuus est: meus autem vivit. [illegible] ... et ista respondit ... [illegible] rege; dividite inquit infantem vivum in duas partes et date dimidiam partem uni et dimidiam parti alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat vivus ad regem; commota sunt quippe viscera eius super filio suo. Obsecro domine date illi infantem vivum: et nolite interficere eum. E contrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi sit: sed dividatur. Respondit rex et ait. Date huic infantem vivum; et non occidatur. Hec est enim mater eius. Audivit itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset rex et timuerunt regem; videntes sapientiam Dei esse in eo: ad faciendum iudicium.

IIII

Erat autem rex Salomon regnans super omnem Israel. Et hi principes quos habebat; Azarias filius Sadoch sacerdotis. Helioreb et Ahia filii Sisa scribe. Iosaphath filius Ahiluth a commentariis. Banaias filius Ioiade super exercitum. Sadoch autem et Abiathar sacerdotes. Azarias filius Nathan super eos qui assistebant regi. Zabud filius Nathan sacerdos amicus regis. Et A[illegible] positus domus et Adoniram filius Abda super tributa. Habebat autem Salomon xii prefectos super omnem Israel qui prebebant annonam regi et domui eius. Per singulos enim menses in anno; singuli necessaria ministrabant. Et hec nomina eorum. Benhur in monte Effraim. Ben-decar in Macces et in Salebim et in Bethsemes et in Helon et in Bethanan. Beneseth in Araboth: ipsius erat Socho et omnis terra Epher. Benabinadab cuius omnis Nepthad Dor. Tapheth filiam Salomonis habebat uxorem. Bana filius Ahiluth regebat Thanach et Mageddo et universam Bethsan que est iuxta Sarthana subter Iezrahel a Bethsan usque ad Belmeula e regione Iechmaan. Bengaber in Ramoth Galaad habebat Avoth Iair filii Manasse in Galaad: ipse preerat in omni regione Argob que est Basan lx civitatibus magnis atque muratis; que habebant seras ereas. Ahinadab filius Addo preerat in Manaim. Achimaas in Nepthalim: sed et ipse habebat Basmath filiam Salomonis in coniugio. Baana filius Husi in Aser et in Baloth. Iosaphath filius Pharue in Ysachar. Semei filius Hela in Beniamin. Gaber filius Uri in terra Galaad: in terra Seon regis Amorrei et Og regis Basan super omnia que erant in illa terra. [illegible] ... ne terre Philistiim ... [illegible] Erat autem cibus Salomonis per dies singulos xxx chori simile et lx chori farine. x boves pingues et xx boves pascuales et centum arietes; excepta venatione cervorum caprearum atque bubalorum et avium altilium. Ipse enim obtinebat omnem regionem que erat trans flumen qui a Thapsa usque Gazam et cunctos reges illarum regionum; et habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabatque Iuda et Israel absque timore ullo unusquisque sub vite sua et sub ficu sua a Dan usque Bersabee: cunctis diebus Salomonis. Et habebat Salomon xl milia presepia equorum currilium; et duodecim milia equestrium. Nutriebantque eos supradicti regis prefecti. Sed et necessaria mense regis Salomonis cum ingenti cura prebebant in tempore suo. Ordeum quoque et paleas equorum et iumentorum deferebant in locum ubi erat rex: iuxta constitutum sibi. Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni et prudentiam multam nimis et latitudinem cordis, quasi arenam

1606 No 4

No 18

1606 No 44

q̃ est in ulcere maris. Et p̃cedebat sapia salomõis
sapiam omniũ orientaliũ & egyptiorũ & erat sapi
entior cunctis hominib̃; sapientior ethan ezrahite
& eman & chalcol & darda filijs maol: & erat nomen ej
in omnibus gentib̃ p circuitũ. Locutus q̃z e salo
mon tria milia parabolas; & fuerũt carmina eius
quinq̃ milia. Disputauit siq̃dem de lignis a cedro q̃ est
in libano usq̃z ad hysopũ que egredit de pariete; & dis
seruit de iumentis & volucribus & reptilibus & piscib̃.
Et ueniebant de cunctis ꝓlis ad audiendã sapiam
salomõis; & ab omnibus regib̃ terre q̃ audiebant
sapiam eius. Misit q̃z hiram rex tyri
seruos suos ad salomonẽ: audiuit enim
quod ipsum unxissent regẽ p patre eius; quia amicus fuit
hiram domui dauid tẽpore suo. Misit autem & salomon ad hiram
dicens. Tu scis uoluntatẽ meam domui dei mei; & q̃ non po
tuerit edificare domũ nomini dei sui p̃ bella
iminentia per circuitũ: donec daret dñs eos sub ues
tigio pedũ eius. Nunc autem requiem dedit dñs deus meus mi
hi per circuitũ: & non est satan neq̃z occursus malus.
Ecce nouiter cogito edificare templũ nomini dei mei;
sicut locutus est dñs domino patri meo dicens. Filius tuus
quem dabo pro te super solium tuum: ipse edificabit domum
nomini meo. Iube igitur ut paudant mi cedros de libano;
& seruiet mihi seruus tuus. Mercedẽ autem ser
uis tuis dabo tibi; quicumq̃z perieris. Tu es enim qui
in populo meo ad te uir q̃ nouit ligna cedere: sicut
sidonii. Cum q̃z audisset hiram uba salomõis letatus
est ualde & ait. Benedictus dñs hodie q̃ dedit domino filium
sapientissimũ super plebem hanc plurimam. Et misit hi
ram ad salomonẽ dicens. Audiui quecumq̃z mandasti
mihi. Ego faciam omnem uoluntatem tuam de lignis cedrinis
& abiegnis. Serui mei deponent ea de libano ad ma
re & ego componam ea in ratibus in mari usq̃z ad locum q̃
significaueris mihi; & applicabo ea ibi & tu tolles ea. Po
tebisq̃z uicaria mea; ut det victum domui meae. Itaq̃z
hiram dabat salomoni lignum cedrinum & lignum a
biegnum; iuxta omnem uoluntatem eius. Salomon autem
dabat hiram. xx. milia chorus tritici in cibum domui
eius; & xx. choros purissimi olei. Hoc dabat salo
mon hiram: per annos singulos. Dedit q̃z dñs sa
pientiam salomoni; sicut locutus est ei. Et erat pax inter
hiram & salomonẽ; & pacisci sunt fedus simul. Elegit
q̃z rex salomon operarios de omni israel: & erat indictio
xxx. milia uirorum. Mittebatq̃z eos in libanum. x. milia

per menses singulos uicissim; ita ut duobus mensib̃
uicissim essent in domibus suis. Et adoniram erat super
hui de omni indictione. Fuerũt uero salomoni lxx.
milia eorum qui onera portabant: & lxxx. milia la
tomorum in monte; absq̃z ꝓpositis qui preerant singulis
operibus numero trium milium & trecentorum preponen
tium populo: & his qui faciebant opus. Precepit q̃z rex
ut tollerent lapides grandes lapides pretiosos in fun
damentum templi; & q̃dratos eos. Ceciderunt
cementarii salomõis; & cementarii hiram. Por
ro bibliothecarii preparauerũt lignum & lapides; ad edificandũ
domũ. Factum est igitur q̃dringentesimo
tricesimo & octogesimo anno egressionis filio
rum israel de terra egypti in anno quarto mensis zio
ph. hic est mensis secundus regis salomõis super israel: edificare
cepit domum domino. Domus autem quam edificauit rex
salomon domino habebat lx. cubitos in longitudine;
& uigintiquinque cubitos in latitudine: & triginta cubitos
in altitudine. Et porticus erat templi xx. cubitorum
longitudinis iuxta latitudinem templi; & ha
bebat x. cubitos latitudinis ante faciem templi. Fecit
q̃z in templo fenestras obliquas. Et edificauit super
parietem templi tabulatum per gyrum in parietibus do
mus per circuitum templi & oraculi: & fecit lateralem cir
cuitum. Tabulatum quod subtegebat quinq̃z cubitos ha
bebat latitudinis: & medium [illegible] tabulatum ter[illegible]
tudinis: & tertium tabulatum [illegible] cubitos la
titudinis. Trabes autem p[illegible] per circuitum forin
secus; ut non haereret in parietibus templi. Domum autem
cum edificaret de lapidibus solutis atq̃z perfectis edifi
cata est: & malleus & securis & omne ferramentum non
audiuit in domo cum edificaretur. Ostium lateralis medii
in pariete erat domus [illegible]ere; & per cochlean ascendebant
in medium cenaculum: & a medio in tertium. Et edifica
uit domum; & consummauit eam. Texit q̃z domum laqueis
de cedrinis; & edificauit tabulatum super omnem domum
quinq̃z cubitis altitudinis: & operuit domum lignis cedri
nis. Et factus est sermo dñi ad salomonem dicens.
Domus hec quam edificas si ambulauerit in preceptis
meis & iudicia mea fecerit & custodierit omnia man
data mea gradiens per ea. Firmabo sermonem meum
tecum quem locutus sum ad dauid patrem tuum; & habitabo in me
dio in medio filiorum israel: & non derelinquam populum meum israel.
Igitur edificauit salomon domum; & consummauit eam.
Et edificauit parietes domus intrinsecus tabulatis

filij ammon. diuserunt autem uere portas ciuita
tis. Reges autem qui ad auxilium uenerant separatim
in agris steterunt. Quod ioab intelligens bel
lum esse duplex et post tergum contra se fieri elegit
uiros fortissimos de universis israel et processit contra
syros. reliquam autem partem populi dedit in manu
abisai fratris sui. et processerunt contra filios ammon.
Dixitque. Si uiderit syrus auxilio esse mihi, si
autem superauerit te filij ammon erimus in presidium
Confortare. et agamus uiriliter pro populo meo et pro
urbibus dei nostri. Dominus autem quod in oculis suis bonum
est faciat. Cum ergo ioab et populus qui cum eo erat
conuertisset ad pugnam contra syros. Porro filij
ammon uidentes eos fugisse. syros ipsi quoque fuge
runt abiisse fratrem eius. et ingressi sunt ciuitatem.
Reuersusque est ioab in urbem. Videns autem sy
rus quod cecidisset coram israel. misit nuntios et ad
duxit syros qui erant trans fluuium. Sophach autem
princeps militiae adadezer erat dux eorum. Quod cum
nunciatum esset dauid congregauit omnem israel. et tran
siuit iordanem. uenitque ad eos. et direxit aciem ad
uersus eos. cum pugnaretur fugit autem syrus
coram israel. et occidit de syris viij. milia curruum. et xl
milia peditum. et sophach exercituum principem. Qui
dem uero qui erant in seruitute adadezer. et se ab israel et superatos
esse fugerunt. ad dauid. et seruierunt ei. soluitque ultra
ammon auxilium ferre filijs ammon.

Factum est autem post annum circuitu. eo tempore
quo solent reges ad bella procedere congregauit ioab
exercitum. et robur militiae. et vastauit terram filio
rum ammon. perueniens. et obsedit rabbath. Porro dauid
manebat in urbe. ioab autem expugnauit rabbath et
destruxit eam. Tulit autem dauid coronam melchom
de capite eius. et inuenit in ea pondo talentum
auri. et pretiosissimas gemmas. factaque inde est corona
sibi. spolia quoque urbis plurima tulit. populum
autem qui erat in ea eduxit. et fecit super eos tribu
las. et ligones. et seruata carpenta ferrea. sic ut
dissecarent. et conterentur. Sic fecit dauid cunctis
urbibus filiorum ammon. et reuersus est cum omni po
pulo in urbem. Post hec factum est bellum in gazer
aduersus philistheos. in quo percussit sobochai u
sathites saphai de genere raphaim. et humiliatus
sunt eos. Aliud quoque bellum gestum est aduersus phili
stheos. in quo percussit adeodatus filius saltus betheh

cmites fratrem goliad gethei. cuius hasta lignum
erat quasi licatorium texentium. Et factum est aliud bellum
apud gazer. in quo fuit homo longissimus
habens digitos senos. id est simul xxiiij. quos. et
ipse de raphaim fuerat stirpe generatus. Hic
blasphemauit israel. et percussit eum ionathan filius
samaa fratris dauid. Hi sunt filij raphaim in gazer. et
ceciderunt in manu dauid et seruorum eius.

XI

Consurrexit autem satan contra israel. et incita
uit dauid ut numeraret israel. Dixitque dauid ad
ioab. et ad principes populi. Ite et numerate israel a bersabee
usque dan. et afferte mihi numerum ut sciam. Responde
runtque ioab. Augeat dominus populum suum centuplum
quam sunt. Nonne domine mi rex omnes seruitium sunt.
Quare hoc quaerit dominus meus. quod in peccatum reputet
israel. Sermo autem regis magis preualuit. Egressusque
est ioab. et circuiuit universum israel. et reuersus est
in urbem. Deditque dauid numerum eorum quos circumuenerat.
inuentus est omnis israel numerus mille millia et
centum millia uirorum educentium gladium. De iuda
autem. cccl. lxx. milia bellatorum. Siquidem leui et beniamin
non numerauit. eo quod iussum eius esset regis
ministerium. Displicuit autem deo quod iussum erat. et pe
cussit israel. Dixitque dauid ad dominum. Peccauimus ni
mis in hoc facinore. Obsecro auferas iniquitatem seruitutis
tui. quia insipienter egi. Et locutus est dominus ad gad uidentem
dauid dicens. Vade et loquere ad dauid. dicens. Hec
dicit dominus. Tria tibi propono. eligas unum quod
faciam tibi. Cumque uenisset gad ad dauid. [illegible]
Dixitque dauid. Angor quidem uehementer. sed melius est
incidere in manus domini. quia multe sunt miserationes eius.
quam in manus hominum. Misit ergo dominus pestilentiam
in israel. et ceciderunt de israel lxx. milia uirorum. Misitque
angelum in hierusalem ut perderet eam. Cumque perderet in
dit dominus. et pepercit super malitia. et ait
angelo qui percutiebat. Sufficiat iam. cesset ma
nus tua. Porro angelus domini erat iuxta aream ornan
iebusei. Leuansque dauid oculos suos uidit angelum domini
stantem inter celum et terram. et uaginatum gladium in



ezrihel · filius azi · filius mosollamoth · filius
semmer · et fres eorum potentes nimis; c · xx
vii · Et principes eorum zabdihel: filius potentium.
Et de leuitis semeia filius asob · filius azarie
filius asabia · filius boani · et sabbathai · et iozabad
beth: sup opa domus dei apud
capitibus leuitarum · Et mathania filius micha · filius
zechri · filius asaph: principes ad laudandum
et confitendum in oratione · Et berechias sedis de fi
liis eius; et abda filius samua filius galal · fi
lius idithun · Omnis leuite in ciuitate sancta; cc
lxxxiiii · Et ianitores acub · thelmon · et fres e
orum qui custodiebant ostia; c · lxxii · Et reliq
israel sacerdotes · et leuite in omnibus ciuitati
bus iuda · unusquisque in possessione sua; · et nathi
nei qui habitabant in ophel · et siaha · et gaspha
de nathineis · Et episcopus leuitarum in urusa
lem filius bani · filius asabie · filius mathanie
filius micheae · De filiis asaph: cantores · in mi
nisterio domus dei · Preceptum quippe regis sup eos
erat · Et ordo in cantoribus per dies singulos · Sa
thana filius meseziahel · De filiis zaram filii iuda
in manu regis iuxta omne iudicium pertinens · in omni
bus pauis regionis eorum · De filiis iuda habita
uerunt in cariatharbe · et in filiabus eius · et in
dibon · et in filiabus eius · et in capthel · et in uillis
eius · et in iesue · et in molada · et in bethphalech et
in asersual · et in bersabee · et in filiabus eius · et in
ziclech · et in mochona · et in filiabus eius · et in remmon
et in sara · et in zermuth · et in adullam · et in uil
lis earum; lachis · et in regionibus eius · ezecha et
in filiabus eius · Et manserunt in bersabee: usque
ad uallem ennom · filii autem beniamin: age
ba · mechynas · et ana · et bethel · et filiabus eius · ana
thoth · nob · anania · asor · rama · gethaim · ma
did · seboim · neballath · et ono uallis artificum.

Et de leuitis portiones iude · et beniamin. XII

Hi autem sunt sacerdotes · et leuite; qui ascen
derunt cum zorobabel filio salathiel ·
iosue · saraia · ieremias · esdras · amaria · melluch
acrus · sechenia · reum · meremuth · addo · genthon
ab · ia · miamin · maadia · belga · semaia · et ioarib ·
idaia · sellum · amoch · helchia · idaia · Isti principes
sacerdotum · et fres eorum in diebus iosue · porro
leuite · iesua · benui · cedmihel · sarabia · iuda ·
mathanias sup · et in nos · ipsi · et fres eorum; · et bec

bechia atque echanni fres eorum · unusquisque in of
ficio suo · Iesue autem genuit ioachim · et ioachim
genuit eliasiph · et eliasiph genuit iaiada · et io
iada genuit ionathan: · et ionathan genuit
iaddua · Iudiebus autem ioachim erant sacerdotes
et principes familiarum; saraie · amarie · ierem
ie · ananie · esdre · mosollam · amarie · iohannan
melichu · ionathan · seleuc · iosephi · aram · dom
mannoth · helch · addaie · zacharie · genthon ·
mosollam · abie · zechri · miamin · et moadie ·
felti · belge · samua · semeie · ionathan · ioarib ·
mathania · iadaie · azi · sellai · cellaia · moche
bor · helchie · asebie · iedaie · nathanahel · Leuite
in diebus eliasiph · et iaiada · et ionan · et iaddua · scripti
principes familiarum · et sacerdotes in regno dari
pertinent · filii leui principes familiarum · scripti in libro
uerborum dierum; · usque ad dies ionathan filii
eliasiph · principes leuitarum · asebia · serebia · et
iosue filius cedmihel · et fres eorum · principes contra
ut laudarent et confitenti iuxta preceptum regis
dauid uiri dei · et obseruarent ut esset per ordinem
mathania · et bakbacia · obedia · mosollam · thelmon ·
acub · custodes portarum · et custodes portas
tas · Hi in diebus ioachim filii iosue filii iosedech
et in diebus nehemie ducis · et esdre sacerdotis scri
bae · In dedicatione autem [illegible] requisierunt
leuitas de omnibus [illegible]
[illegible] gesaarie [illegible] sibi pstituerunt · et
cytharis [illegible] filii cantorum · et de
campis circumiacentibus [illegible] uillis nethophati
et de domo [illegible] gabaa · et azma
uetb: quia [illegible] sibi cantores in
circuitu [illegible] sunt sacerdotes · et leui
te; · et mundauerunt [illegible] portas · et murum.
Ascendere fecit [illegible] principes iuda sup murum;
et statuit duos choros laudantium magnos · et
ierunt ad dexteram sup murum; ad portam ster
quilinii · et iuxta post eos osaias · et media pars pri
cipum iuda · et azarias · esdras · et mosollam · iu
da · et benia min · et semeia · et ieremia · et de filiis
sacerdotum in tubis · zacharias filius iona
than · filius semeie · filius mathanie · filius mich
aie · filius zechur · filius asaph: · et fres eius · se
meia · et azarel · malalai · galalai · maai · na
thanahel · et iuda · et anani in musis cantica dd

uiri dei; et esdras scriba ante eos in porta fon
tis. Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis
dauid · in ascensum muri super domum dauid: et
usque ad portam aquarum ad orientem. Et chorus
secundus gratias referentium ibat ex aduerso; et ego post eum.
et media pars populi super murum et super turrem furnorum
et usque ad murum latissimum · et super portam effra
im · et super portam antiquam · et super portam piscium
et turrem ananeel · et turrem emath · usque ad
portam gregis; et steterunt in porta custodie.
Steteruntque duo chori laudantium in domo dei:
et ego et dimidius magistratuum mecum. Et
sacerdotes eliachim · maasia · miamin · miche
a · helioenai · zacharia · anania in tubis · et maa
sia · et semeia · et eleazar · et azi · et iohanan · et mel
chia · et helam · et ezer. Et clare cecinerunt canto
res; et iezraias prepositus. Et immolauerunt in die
illa uictimas magnas; et letati sunt: deus enim
letificauerat eos leticia magna. Sed et uxores
eorum et liberi gauisi sunt [illegible]
magna [illegible] procul. Recensuerunt quoque [illegible]
illa uiros super gazophilacium thesauri ad liba
mina [illegible]
[illegible]
[illegible] sacerdotes et leuitas: quia letatus [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
dauid et salomonis [illegible]
asaph ab exordio [illegible] constituti
num in carmine [illegible] confiten
tium deo. Et omnis [illegible]
bel et in diebus neemie [illegible] partes
cantoribus et ianitoribus [illegible]
per dies singulos [illegible]
te sancti[illegible] filios aaron.

In die autem illo lectum est in uolumine moysi au
diente populo et inuentum est scriptum in eo [illegible]
sint introire ammonites et moabites in ecclesiam [illegible]
usque in eternum: eo quod non occurrerint filiis isra
hel cum pane et aqua · et conduxerunt aduersum
eos balaam ad maledicendum eis: et conuertit
deus noster maledictionem in benedictionem. Factum est autem
cum audissent legem separauerunt omnem ali
enigenam ab israhel: et super hoc erat eliasib sacerdos
qui fuerat prepositus in gazophilacio domus dei
nostri; et proximus tobie. Fecit ergo sibi gazophilacium

grande · et ibi erant ante eum reponentes munera
et thus et uasa · et decimam frumenti · uini et olei · par
tes leuitarum et cantorum et ianitorum et primitias sacer
dotales. In omnibus autem his non fui in ierusalem: quia
anno xxxii · artaxersis regis babilonis ue
ni ad regem. Et in fine dierum rogaui regem; et ueni
in ierusalem. Et intellexi malum quod fecerat eliasib
tobie · ut faceret ei thesaurum in uestibulis domus
dei; et malum mihi uisum est ualde. Et proieci
uasa domus tobie foras de gazophilacio: preceptique
et mundauerunt gazophilacia. Et retuli ibi uasa
domus dei · sacrificium et thus. Et cognoui quod partes
leuitarum non fuissent date; et fugisset unusquisque
in regionem suam de leuitis et de cantoribus
et de his qui ministrabant; Et egi causam ad
uersum magistratus et dixi. Quare dereliquimus
[illegible] congregaui eos; et feci stare eos
[illegible] Et omnis iuda apportabat decimam
[illegible] uini et olei in horrea. Et constituimus
super horrea [illegible] sacerdotem et sadoch
[illegible] de leuitis [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] in domo dei
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] et contestatus sum eos ut [illegible]
[illegible] uenderent. Et tyrii habitauerunt [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

nos omne malum hoc super [illegible]
[illegible]
[illegible] cum quieuissent porte ierusalem
[illegible] dixi · Et clauserunt ianuas · Et precepi
[illegible]
[illegible]
ut nullus inferret onus in die sabbati. Et manse
runt negociatores et uendentes uniuersa uenalia
foris ierusalem semel et bis. Et contestatus sum eos;
et dixi eis. Quare manetis ex aduerso muri?

Pro Anno 1607

n. 21

eos in deserto, ne inducerem eos in terram quam dedi
eis fluentem lacte et melle, praecipuam terrarum omnium;
quia iudicia mea proiecerunt, et in praeceptis meis non
ambulaverunt, et sabbata mea violaverunt: post
idola enim cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus
super eos ut non interficerem eos; nec consumpsi eos
in deserto. Dixi autem ad filios eorum in solitudine:
In praeceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iu-
dicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum pollu-
amini. Ego Dominus Deus vester. In praeceptis meis ambulate,
iudicia mea custodite, et facite ea; et sabbata mea
sanctificate, ut sit signum inter me et vos, et
sciatis quia ego sum Dominus Deus vester. Et exacerbaverunt
me filii; in praeceptis meis non ambulaverunt, et
iudicia mea non custodierunt ut facerent ea,
quae cum fecerit homo, vivet in eis; et sabbata mea vio-
laverunt. Et comminatus sum ut effunderem
furorem meum super eos, et implerem iram meam
in eis in deserto. Averti autem manum meam,
et feci propter nomen meum, ut non violaretur coram
gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. Ergo et
ego levavi manum meam in eos in solitudine, ut dis-
pergerem illos in nationes, et ventilarem eos in ter-
ras; eo quod iudicia mea non fecissent, et praecepta
mea reprobassent, et sabbata mea violassent, et
post idola patrum suorum fuissent oculi eorum. Ergo
et ego dedi eis praecepta non bona, et iudicia in
quibus non vivent. Et pollui eos in muneribus
suis, cum offerrent omne quod aperit vulvam, propter
delicta sua; et scient quia ego Dominus. Quam ob rem
loquere ad domum Israel, fili hominis, et dices ad eos:
Haec dicit Dominus Deus: Adhuc et in hoc blasphe-
maverunt me patres vestri, cum sprevissent me
contemnentes, et induxissem eos in terram super
quam levavi manum meam ut darem illam eis: vi-
derunt omnem collem excelsum, et omne lignum
nemorosum, et immolaverunt ibi victimas
suas, et dederunt ibi irritationem oblationis
suae (margin: et posuerunt ibi odorem suavitatis sue), et libaverunt libationes suas. Et dixi
ad eos: Quid est excelsum, ad quod vos ingredimini?
Et vocatum est nomen eius Excelsum usque ad
hanc diem. Propterea dic ad domum Israel: Haec dicit Dominus
Deus: Certe in via patrum vestrorum vos polluimini, et
post offendicula eorum vos fornicamini; et in obla-
tione donorum vestrorum, cum traducitis filios vestros
per ignem, vos polluimini in omnibus idolis vestris

usque hodie. Et ego respondebo vobis, domus
Israel? Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia non respondebo
vobis; neque cogitatio mentis vestrae fiet, di-
centium: Erimus sicut gentes, et sicut cogna-
tiones terrae, ut colamus ligna et lapides. (margin: Deus)
Vivo ego, dicit Dominus, quoniam in manu forti, et bra-
chio extento, et in furore effuso regnabo su-
per vos. Et educam vos ~~de deserto populorum~~ de populis,
et congregabo vos de terris in quibus dispersi
estis; in manu valida, et brachio extento, et in
furore effuso regnabo super vos. Et adducam vos in (margin: vos)
desertum populorum, et iudicabor vobiscum ibi facie ad
faciem. Sicut iudicio contendi adversum patres vestros
in deserto terrae Egypti, sic iudicabo vos, dicit
Dominus. Et subiciam vos sceptro meo, et inducam
vos in vinculis foederis. Et eligam de vobis trans-
gressores et impios, et de terra incolatus eorum
educam eos, et terram Israel non ingredientur; et scietis
quia ego Dominus. Et vos domus Israel, haec dicit Dominus
Deus: Singuli post idola vestra ambulate, et servi-
te eis. Quod si et in hoc non audieritis me, et no-
men meum sanctum pollueritis ultra in muneribus
vestris et in idolis vestris, in monte sancto meo, in monte
excelso Israel, ait Dominus Deus, ibi serviet mihi
omnis domus Israel, omnes, inquam, in terra in qua placebunt mihi;
et ibi quaeram primitias vestras, et initium de-
cimarum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris.
In odorem suavitatis suscipiam vos, cum eduxero
vos de populis, et congregavero vos de terris in quas
dispersi estis; et sanctificabor in vobis in oculis na-
tionum. Et scietis quia ego Dominus, cum induxero vos
ad terram Israel, in terram pro qua levavi manum meam
ut darem eam patribus vestris. Et recordabimini
ibi viarum vestrarum, et omnium scelerum vestrorum quibus
polluti estis in eis; et displicebitis vobis in
conspectu vestro in omnibus malitiis vestris quas fecistis.
Et scietis quia ego Dominus, cum benefecero vobis propter no-
men meum, non secundum vias vestras malas, neque
secundum scelera vestra pessima, domus Israel, ait Dominus Deus.

XXI

Et factus est sermo Domini ad me
dicens: Fili hominis, pone faciem tuam
contra viam austri, et stilla ad africum, et propheta
ad saltum agri meridiani; et dices saltui me-
ridiano: Audi verbum Domini. Haec dicit Dominus Deus: Ec-
ce ego succendam in te ignem, et comburam in te omne
lignum viride et omne lignum aridum; non extinguetur

uet flamma succensionis; et exuret in ea omnis
facies ab austro usque ad aquilonem. Et uide
bunt omnis caro quia ego dominus succendi eam;
nec extinguetur. Et dixit. A. a. a. dic domino
pro diuinis de me. Quid non per parabolas loquitur
iste? Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili
hominis pone faciem tuam ad austrum et stilla ad
austrum; et prophetia contra nemus agri austri. Et dices ter
re austri. Audite uerbum domini. Hec dicit dominus deus. Ecce ego aperiam
gladium meum de uagina sua; et occidam
a te iustum et impium. Propter hoc igitur quod occidam te
iustum et impium. Idcirco egredietur gladius
meus de uagina sua ad omnem carnem ab austro
usque ad aquilonem; ut sciat omnis caro quia ego
dominus eduxi gladium meum de uagina sua in re
uocabile. Et tu fili hominis in gemitu contri
tione lumborum; et amaritudine ingemisces
coram eis. Cumque dixerint ad te. Quare tu gemis
dices. Propter auditum quia uenit. Et tabescet omne cor
et dissolubitur omnis manus et mitem abitur
omnis spiritus; et omnia genua fluent aqua. Ecce
uenit et fiet; ait dominus deus. Et factus est sermo
domini ad me dicens. Fili hominis prophetia et dices. Hec
dicit dominus deus. Loquere. Gladius gladius exacutus
est et limatus; ut cedat uiciatis exacutus est:
[illegible]ndeat limatus est. Cum inimicis sacer
tuis fuit mihi succidisti omne lignum et tradi eum
ad lentigendum ut tenetur manu. Iste exacu
tus est gladius et iste limatus est. ut sit in manu ui
cidentis. Clama et ulula fili hominis quia hic factus
est in populo meo; hic in cunctis principibus israel. Cum
fugerint gladio cum illis in populo meo. Idcirco
plaude super femur quia probatus est. et hoc cum
sceptro eliuertit et non erit dicit dominus deus. Tu
fili hominis prophetia percute manu ad manum; et
duplicetur gladius. ait triplicetur gladius ut interfi
ciat. Hic est gladius occisionis magne; qui obstupe
facere eos faciat et corde tabescere: et multiplicat
ruinas. In omnibus portis eorum dedi conflagen
gladium acutum; et limatum ad fulgendum. Acutus
ad cedem. Exacuere; uade ad dexteram siue ad
sinistram quocumque facies tuum te appetit. Quia
et ego plaudam manu ad manum et implebo
indignationem meam; ego dominus locutus sum. Et
factus est sermo domini ad me dicens. Et tu fili ho
minis pone tibi duas uias; ut ueniat gladius

regis babilonis. De terra una egredientur duo;
et manu capiet uectigalia: in capite uie
ciuitatis conuiciet. Via pones ut ueniat gla
dius ad rabbatha filiorum ammon; et ad iudam in
israel in munitissima. Stetit enim rex babilonis
in biuio in capite duarum uiarum diuinationem
querens. Commiscens sagittas: interrogauit ido
la. exta consulit. Ad dexteram eius facta est diui
natio super israel: ut ponat arietes ut aperiat
os in cede; ut eleuet uocem in ululatu: ut ponat
arietes contra portas: ut aggerem ut
edificet munitiones. Erit quasi sulcus fruus
tra oculis eorum sabbata: iuramenta in
ipsis autem recordabitur iniquitatis ad capiendum.
Idcirco hec dicit dominus deus. Pro eo quod recordatus
estis iniquitatis ure et reuelatus peccata
nostra et apparuerunt peccata uestra in omnibus
cogitationibus uestris; pro eo quod recordatus
estis manu capiemini. Tu autem prophane impie
dux israel cui uenit dies in tempore iniquitatis fi
nita: hec dicit dominus deus. Auferte diadema et
corona. Siquidem hec est humilem exaltet et
exaltem humiliabit. Iniquitatem iniquitatem
iniquitatem ponam eam. et hoc non fuerit donec
ueniat cui est iudicium et dabo illi. Et tu fili
hominis prophetia et dic. Hec dicit dominus deus super filios
ammon et super opprobrium eorum. Et dices. Gladius gladius
eductus ad occidendum. Limatus ut
mificas et fulgeas. cum iniquitate uana et diui
nantes mendacia: ut dare te super colla uul
nerantium impiorum quorum uenit dies in tempore iniquitatis
finita. Reconde ad uaginam tuam in loco in quo
creatus es: in terra nativitatis tue iudicabo
te. et effundam super te indignationem meam. In
igne furoris mei insufflabo in te: dabo quoque te
in manus hominum insipientium et fabricantium
interitum. Igni eris cibus. sanguis tuus erit in me
dio terre; obliuionem eris: quia ego dominus locu
tus sum. Et factum est uerbum domini ad me dicens. Et tu fili hominis nonne
iudicas ciuitatem sanguinum? Et ostendes ei omnes
abominationes suas et dices. Hec dicit do
minus deus. Ciuitas effundens sanguinem in medio sui
ut ueniat tempus eius; et que fecit idola contra se
met ipsam ut polluatur. In sanguine tuo quod fu
disti es delinquisti: et in idolis quod fecisti pol

tuis

gladio: quoq; data est sepulchri meditatio eius per gyrum sepulchri
eius, omnis intrifecti cadentesq; gladio: dedit
eis quasi formidinem sua mira unctio: sic
iam et omis et omis multitudo eius per gyrum sepulchri
eius. Omis in mtfii ruentes q; gladio; qui
ceciderit mercatosi ad tria ultima: q; posuit
terrore suum mira unctio: et pertaxerit
ignominia sua cui hys qui descenderit i lacu
in medio mtfiis: posuerit cubile eius i vm
ibis plus eius: in circuitu eius sepulchri illi
Omis in mtfii ruentes si intfecti q; gladio: dedit
rant eis timore mira unctio: et pertaxerit
ignominia sua cui hys q descenderit in lacu:
i medio mtfiis posita est: sibi moloch et thubal
et omis multitudo eius: in circuitu eius sepulchri
eius. Omis in mtfii ruentes si intfecti cadentes
gladio: quoniam formidinem sua mira unc
tio et non [illegible] sicut [illegible] et
[illegible] qui descendit ad infernum cum armis
suis et posuerit gladios suos sub capitibus suis;
[illegible] ossibus eorum: quia terror
[illegible] in terra viventium. Et tu q; i medio
[illegible] interfectis
[illegible] gladio: et potestatem
[illegible] hys q descendit. Et tamen vidit eos
et consolatus est eos super omnia multitudine
[illegible] gladio pharaon hoc exercitu
[illegible] terrore suum mira vi
[illegible] multitudo eius [illegible] dominus
[illegible] esse sibi dicit [illegible]
[illegible] fili hominis loquere ad filios populi tui:
[illegible] terra cum induxero super eam gla
dium dicit dominus deus de nouissimis
[illegible] cum viderit gladium venientem super terram et cecinerit buc
cinam pro populo admonens autem quicquid ille e
[illegible] non se obseruauit: uenientq; gla
dius et tulerit eum: sanguis eius super caput eius erit.

Omnis bucinam audiuit: et non se obseruauit: San
guis eius in ipso erit: si autem custodierit se: anima
sua saluabit. Qui si speculator uiderit gladium
uenientem et non insonuerit bucina: et populus se non
custodierit: uenieq; gladius et tulerit de eis anima
ille quidem in iniquitate sua [illegible] sanguis au
tem eius de manu speculatoris requiram. Et tu
fili hominis speculatori dedi te domui israel. Audi
ens g; ex ore meo sermonem: annuntiabis eis ex me.
Si me dicente ad impium impie morte morie
ris non fueris locutus ut se custodiat impius
a uia sua: ipse impius in iniquitate sua morietur: sed
ne autem ex de manu tua requiram. [illegible]
ante te ad impium ut a uia sua auertat non fuerit
auersus a uia sua: ipse in iniquitate sua morietur; porro
tu animam tuam liberasti. Tu q; fili hominis dic ad domum
israel. Sic locuti estis dicentes: iniquitates nre et
peccata nra super nos sunt: et in ipsis nos tabescimus.
Quomodo ergo uiuere potimus? Dic ad eos: Vt ego uiuo
dicit dominus deus: nolo mortem impii: sed ut auertat impius
a uia sua et uiuat. Conuertimini a uiis uestris pessimis.
Et tu [illegible] israel. Et tu nato: fili hominis dic
[illegible] non libebit eum iniqui
[illegible] impietas impii non nocebit
[illegible]
[illegible]
[illegible] morte morieris et egit iudicium et iustitiam. pecuniam suam
fecit: iudicium et iustitiam. pignus restituerit ille
impius. rapinamq; reddiderit: in mandatis uitae ambu
lauit: ut faciat quod non licet: uita uiuet: et non mori
etur. Omnia peccata eius quae peccauit non imputabuntur ei;
iudicium et iustitiam fecit: uita uiuet. Et dixerit
filii populi tui: Non est aequum pondus uiae domini: et quidem
uia iniqua est. Cum enim recesserit iustus a iustitia
sua: fecerit que iniquitates: morietur in eis. Et cum
recesserit impius ab impietate sua [illegible] iu
dicium et iustitiam fecerit, in eis [illegible] ipse
ra uia domini. Vnusquisque iuxta uias suas iudica
bo te domum israel. Et factum est in duodecimo anno
in decimo mense: in quinta mensis cum fugiens
me: uenit ad me qui fugerat de urbe dicens: Vas
tata est ciuitas. Facta autem est super me manus domini

uespere; antequam ueniret qui fugerat. Aperuitque os
meum donec ueniret ad me mane; et aperto ore meo
non silui amplius. Et factum est uerbum domini ad me dicens.
Fili hominis qui habitant in ruinosis his super hu
mum israel lo[quentes] aiunt. Unus erat abraham et he
reditate pos[sedit ter]ram; nos autem multi: nobis
data est terra in possessionem. Ideo dices ad e-
os. Hec dicit dominus deus. Qui in sanguine comeditis;
et oculos uestros leuatis ad immundicias uestras et sangui
nem funditis; numquid terram hereditate possidebitis?
Stetistis in gladiis uestris; fecistis abhominationes.
et unusquisque uxorem proximi sui polluit: et terram heredita
te possidebitis. Hec dices ad eos. Hec dicit dominus
deus. Viuo ego quia qui in ruinosis habitant gladio
cadent; et qui in agro est bestiis tradetur ad deuoran
dum: qui autem in presidiis et in speluncis sunt peste
morientur. Et dabo terram in solitudinem et in desertum;
et deficiet superbia et fortitudo eius: et desolabuntur
montes israel eo quod nullus sit qui per eos transeat.
Et scient quia ego dominus cum dedero terram desolatam et
desertam; propter uniuersas abhominationes suas quas oper
ati sunt. Et tu fili hominis. Filii [populi tu]i qui loquuntur
de te iuxta muros et in ostiis [domorum] [et] dicunt
unus ad alterum uir ad proxim[um] [illegible]
uenite et audiamus quis sit sermo [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] es eos quasi carmen musicum
[quod suau]i dulcique sono canitur: et audiunt uerba tu
a et non faciunt ea. Cum uenerit quod predictum est ecce ue
nit; tunc scient quia propheta fuerit inter eos. XXXIIII

Et factum est uerbum domini ad me dicens. Fili
hominis propheta de pastoribus israel: propheta et dices
pastoribus. Hec dicit dominus deus. Ve pastoribus israel:
qui pascebant semetipsos. Nonne greges pas
cuntur a pastoribus? Lac comedebatis et lanis o
periebamini: et quod crassum erat occidebatis: gregem
autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non
consolidastis: et quod egrotum non sanastis. Quod frac
tum est non al[ligas]tis: et quod abiectum est non reduxistis;
et quod perierat non quesistis: sed cum austeritate imperaba
tis eis et cum potentia. Et disperse sunt oues mee eo
quod non esset pastor; et facte sunt in deuorationem omnium
bestiarum agri: et disperse sunt. Errauerunt greges
mei in cunctis ~~gentibus~~: et in uniuerso colle excelso:
montibus

Et super omnem faciem terre dispersi sunt greges mei: et
non erat qui requireret: non erat inquam qui requireret.
Propterea pastores audite uerbum domini. Viuo ego dicit
dominus deus: quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam et
oues mee in deuorationem omnium bestiarum a[gri]:
eo quod non esset pastor. neque enim quesierunt past[ores]
gregem meum: sed pascebant pastores semet[ipsos]:
et gregem meum non pascebant: propterea pastores au
dite uerbum domini. Hec dicit dominus deus. Ecce ego ipse super
pastores requiram gregem meum de manu eorum: et ces
sare faciam eos ut ultra non pascant gregem: nec pas
cant amplius pastores semetipsos: et liberabo
gregem meum de ore eorum: et non erit eis ultra in escam. Quia
hec dicit dominus deus. Ecce ego ipse requiram oues meas;
et uisitabo eas sicut uisitat pastor gregem suum: in
die quando fuit in medio ouium suarum dissipatarum. Sic
uisitabo oues meas; et liberabo eas de omnibus locis
in quibus disperse fuerant in die nubis et caliginis.
Et educam eas de populis et congrega[bo e]as de terris;
et inducam eas in [terram suam: et pascam] eas in montibus
israel: in riuis et in cunctis sedibus terre. In pascuis
uberrimis pascam eas: et in montibus excelsis israel
erunt pascua earum. Ibi requiescent in herbis uiren
tibus: et in pascuis pinguibus pascentur super montes
israel. Ego [pascam] oues meas et ego eas accubare
faciam dicit dominus deus. Quod perierat requiram: et quod ab
iectum fuerat reducam: et quod confractum fuerat alligabo: et
quod infirmum fuerat consolidabo: et quod pingue et forte
custodiam: [illegible]
[illegible] ecce ego iudico inter pecus
et pecus; arietum et h[ircorum]. Nonne satis uobis erat
pascua bona depa[scere]? [In]super et reliquias pascuarum
uestrarum conculca[stis pedibus ues]tris et cum purissi
mam aquam biberetis: [re]liquam pedibus uestris turba
batis. Et oues mee [qu]e conculcata pedibus uestris
fuerant pascebantur: [et que pedes uestri turbauer]ant hoc
bib[eb]ant. Propterea h[ec dic]it dominus deus ad uos. Ecce ego
ipse iudico inter pecus pingue et macilentum: pro eo
quod lateribus et humeris impingebatis: et corn
ibus uestris uentilabatis omnia infirma pecora donec
dispergeretis foras. Saluabo gregem meum: et non erit
ultra in rapinam: et iudicabo inter pecus et pecus;
et suscitabo super eas pastorem unum qui pascat eas ser
uum meum dauid. ipse pascet eas: et ipse erit eis in pastorem;
ego autem dominus ero eis in deum: et seruus meus dauid princeps
in medio eorum. Ego dominus locutus sum. et faciam cum

lus tabis arcum tuū; iurāmēta tribus q̄ locu
tus es. Fluuios scindes terre; uiderūt te & dolu
erūt montes: gurges aquarū transiit. Dedit
abyssus uocē suā; altitudo manus suas leuauit.
Sol & luna steterūt in habitaculo suo; in luce sa
gittarū tuarū ibūt: in splendore fulguranti hasta
te tue. In furore conculcabis terrā; in furore
obstupefacies gentes. Egressus es in salutē pō
tui; in salutē cū xpō tuo. Percussisti caput de domo
impij; denudasti fundamētū usq; ad collum.
Maledixisti sceptris eius capitis bellatoris eius;
uenientib; ut turbo ad dispergendū me. Exulta
tio eorū; sicut eī qui deuorat pauperem in abscon
dito. Viam fecisti in mari equis tuis; in luto aquā
multarū. Audiui & conturbatus sū uentr meus; a uoce
cōtremuerūt labia mea. Ingrediat putredo in
ossib; meis & subtus me scateat; & requiescā in die
tribulationis: & ascendā ad plēm populū meū in
ficus eius non florebit; & non erit germē in uineis.
Mentiet opus oliue; & arua non afferet cibum.
Abscidet de ouili pecus; & non erit armentū in pse
pulis. Ego autē in dno gaudebo; & exultabo in deo
iesu meo. Ds dns fortitudo mea; & ponet pedes
meos q̄ cerui. Super excelsa mea deducet
me victor. In psalmis canentem. Incipit pro
phetia sophonie prophete. Sophonias speculator & archanor
dei iugulator audit gus in sophonia
[illegible] in diebus ioae g̃ pōtifi pisau & ezechie
[illegible] & contra omnes ciuitates; [illegible] q̄ ciui
tatū habitator ibi pcle; q̄ deuorat omnis pcis
chanaan: disperdi sūt omnes qui mercatores sunt
argenti. Alius prophete argento
cui dicit; pphē pstor aut ālius ponat in
mundo tpos q̄ pphetas fuisse; unde & annos mun
di duodecim pphetas qui dicūt nō sunt pphetarū filius
pphē. Et pastor capitū ueli ceinus filiorum pris
nomē titulo nō hēt. Hoc si uerū ē sophonias
pphēta qui uocē ut ita dicā pphico & glosa maio
rū suorū sūt pgenerat ē habuit eū prem chu
si. a uū godolyā. p auū amaliā. at auū ezechi
ā; & tale q̄ doctrīa q̄ uelut extremū aurīga
cōpleuit. Nomē sophonie aliq speculā. aliq ar
chanū dni cōstituerūt. Siue q speculā siue ab
scondītū dni interpētat; utrūq; pphē ueniunt.
Dicit enī ad ezechiel. Fili hōis speculatorē te
posui domui isrl. Iste q pphēta qui est speculā
& in sōl imbr constituit & nouāt mysteria
dni filius ēst ethiā qui interpētat humilitas;
habebat q̄ auū godolyā. qui dicit magnitudo
dni: & p auū amaliā. qui & cpē iūtū in sermo
ne dni: at auū ezechiā qui donat fortitudi
dni ne. De fortitudīe itaq; dni natus ē sermo dni.
& de sermone dni nata ē dni magnitudo; &
de magnitudīe dni nata ē humilitas. ut ai
uenit amplius aliq̄s ad pfectū dicat q̄ nō sū
dignus uocari apls. Et illō in psalmis. Dne
non ē exaltatū cor meū; neq; elati sūt oculi mei.
Iosia regē inde. cui tempib; sōphonias pphe
tē iuenit deo p omnib; regib; inde placuisse
hystoria q̄ in libri regū & scōi paralipomenō
de monstrat. Iosias autē cū sumulacra q̄ pri
mus amon ul primus manasses in templo dei
collocauerāt. de ecclia cōmunuisse monstrat;
in quib; eras spiritē eneū a moyse factū. cui
errori inductus pls superstitione ydolorū
detentus ad miserat. Idē custodisse paschā
& nō missum ipsis nullus sol fuerat. Ideo ds
p pphām temporib; meis rgū ē; [illegible]
erant ostendens gentib; quōd leo [illegible]
sis affuit: iudicii; plō nō ulti. Sed [illegible]
tam relīm restauratione [illegible]
tu iacobus denuciauit. Incipit sophonias
[illegible] ad sopho
nias filius ethiā [illegible]
[illegible] regis iu
[illegible]
a facie [illegible]; congregans homīa et
pecus congregans uolatilia cēli & pisces maris.
& ruīne impios erūt; & disperdā homīes a facie
terre dicit dns. Et extendā manū meā super iudā;
& super omnes habitantes rlm. Et disperdā de loco
hoc reliquias baal. & nomā edituorū cū sacer
dotib; & eos q̄ adorant super tecta militiā cēli &
adorant & iurant in dno & iurant in melchom.
& q̄ auertūt de post tergū dni; & q̄ nō q̄sierūt dnm
nec inuestigauerūt eum. Silete a facie dni dei
q̄ iuxta ē dies dni; q̄ paratū dns hostiā: sanc
tificauit uocatos suos. Et erit in die hostie dni
ulsitabo super principes & super filios regis & super
omnes q̄ induti sūt uestē peregrinā; & ulsitabo super
omnē q̄ arrogant in gdū super limē [illegible]

Iste liber Sibylle Jelpegerdz Gusterser
Pro anno 1561

ulla: q̃ complent verbum dni dei sui in iniquitate
et dolo. Est ei dicetur illa dicit dns vox clamo
ris a porta piscium: ululatus a secunda: et contri
tio magna a collibus. Vulate habitatores pale
ctuantes omis populus chanaan: disperiet omis populus
ut argentum. Et erit in tpe illo scrutabor
in lucernis: et visitabo super viros defixos in fecib:
suis qui dicunt in cordib: suis non faciet bn dns
et non faciet malum. Et erit fortitudo eorum in dep
cione: et domus eorum deserta. Et edificabunt domos
et non habitabunt: et plantabunt vineas et no
bibent vinum eas. Iuxta est dies dni magnus
mirus et velox nimis. Vox diei dni amara: tibi
labitur fortis. Dies ire dies illa. Dies tribula
cionis et angustie: dies calamitatis et miserie:
dies tenebrarum et caliginis: dies nebule et tur
binis. Dies tube et clangoris super ciuitates mu
nitas et super angulos excelsos. Et tribulabo ho
mines et ambulabunt ut ceci: quia dno peccaverunt.
Et effundet sanguis eorum sicut humus: et corpa
eorum sicut stercora. Sed et argentum eorum et aurum eorum
non poterit liberare eos in die ire dni: in igne
zeli eius devorabitur omis terra: quia consumatio
festinata. Ante diem consumationis sicut
habundantia dies ira.

Congregamini gens non amabilis
[illegible] qui pauere
[illegible] nos ante
[illegible] qui
te [illegible] in die furo
ris dni: qui [illegible] in
Azoto in meridie eicient: et Accaron eradica
bitur. Ve qui habitatis funiculum maris gens
philistinorum. Verbum dni super vos chanaan terra
philistinorum: et disperdam te ut non sit habitator.
Et erit funiculus cum qui remanserit de domo
iuda: ibi pascentur in domibus ascalonis. In
vespam requiescent: quia visitabit eos dns de
us eorum: et auertet captiuitatem eorum. Audiui ob
probrium moab et blasphemias filiorum ammon
quibus exprobrauerunt populo meo: et magnificati sunt
super terminos eorum. Propter hoc ego vivit dns
exercituum deus israel: quia moab ut sodoma erit
et filii ammon sicut gomorra: similitudo spinarum
et acervus salis et desertum usque in eternum. Re
liquie populi mei diripient illos et residui gentis
mee possidebunt eos. Hoc eis euenit pro superbia
sua quia blasphemauerunt et magnificati sunt super
populum dni exercituum. Horribilis dns super eos:
et attenuabit omnes deos terre: et adorabunt eum
viri de loco suo omnes insule gentium. Et vos
ethiopes interfecti gladio meo eritis. Et extendet
manum suam super aquilonem et perdet assur:
et ponet speciosam in solitudinem et in inuium sicut
desertum. Et accubabunt in medio eius greges omis
bestie gentium: et onocrotalus et ericius in limi
ne eius morabuntur. Vox cantantis in fenestris
corvus in superliminari: quia cedrum nudauit
eius. Hec est ciuitas gloriosa habitans in confidencia:
quia dicebat in corde suo: et ego sum et non est alia am
plius. Quomodo facta est in desertum cubile bestie:
omis qui transit per eam sibilabit: et movebit manum
suam.

Ve prouocatrix et redempta
ciuitas columba: non audiuit vocem
et non suscepit disciplinam: in dno non speraui: ad
deum suum non approximauit. Principes eius in medio
eius quasi leones rugientes: iudices eius lupi vespe
re non relinquebant in mane. Prophete eius nequam: viri in
fideles. Sacerdotes eius polluerunt sanctum: iniuste
egerunt contra legem. Dns iustus in medio eius:
non faciet iniquitatem. Mane mane iudicium suum
dabit in lucem: et non abscondet. Nesciuit autem iniquus
[illegible]
Nec sane [illegible] in
[illegible] Dixi: Attamen timebis me
suscipies disciplinam: et non peribit habitaculum eius
propter omia in quibus visitaui eam. Verumtamen diluculo
surgentes corruperunt omnes cogitationes suas.
Ergo expecta me dicit dns in die resurrectionis
mee in futurum: quia iudicium meum vt congregem
gentes et colligam regna. Vt effundam super eos
indignationem meam: omnem furorem meum: quia
igne zeli mei devorabitur omis terra: quia tunc
reddam populis labium electum vt invocent omis
nomen dni: et seruiant ei humero vno. Vltra
flumina ethiopie inde supplices mei filii dispersi
for: meum deferent munus. In die illa non confundes
deis super omnibus adinuentionibus tuis quibus prua
ricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magni
loquos superbie tue: et non addes exaltari ampli in

1 eri funiculus maris reges
pastor et ouile pecoris

Jesus College Register of Sorkyrke Sothwar anno 59

hec signa facere que tu facis; nisi fuerit deus cum eo.
Respondit ihc et dixit ei. Amen amen dico tibi; nisi quis na
tus fuerit denuo. non potest videre regnum dei. Dicit ad
eum nichodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit
senex. Numquid potest in ventre matris suae ite
rato introire et renasci. Respondit ihs. Amen a
men dico tibi; nisi quis renatus fuerit ex aqua et
spiritu sancto. non potest introire in regnum dei. Quod natum
est ex carne caro est. et quod natum est ex spiritu spiritus est.
Non mireris quia dixerim tibi; oportet vos nasci de nuo.
Spiritus ubi vult spirat; et vocem eius audis. sed ne
scis unde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui
natus est ex spiritu. Respondit nichodemus;
et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri. Respondit ihc:
et dixit ei. Tu es magister israel et hec ignoras. Am
en amen dico tibi; quia quod scimus loquimur et quod
vidimus testamur: et testimonium nostrum non acci
pitis. Si terrena dixi vobis et non creditis; quomodo si
dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascendit
in celum nisi qui descendit de celo; filius hominis
qui est in celo. Et sicut moyses exaltavit ser
pentem in deserto. ita exaltari oportet filium
hominis; ut omnis qui credit in ipsum non pereat. sed ha
beat vitam eternam. Sic enim deus dilexit mun
dum. ut filium suum unigenitum daret; ut omnis qui
credit in eum non pereat. sed habeat vitam eternam.
Non enim misit deus filium suum in mundum
ut iudicet mundum; sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui
credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit iam iudi
catus est. quia non credit in nomine unigeniti filii dei.
Hoc autem iudicium. quia lux venit in mundum et dilexe
runt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim
eorum mala opera. Omnis enim qui male agit odit
lucem; et non venit ad lucem. ut non arguantur
opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem;
ut manifestentur opera eius. quia in deo facta sunt.
Post hec venit ihc et discipuli eius in iudeam terram;
et illic demorabatur cum eis et baptizabat. Erat au
tem iohes baptizans in aenon iuxta salim. quia
aque multe erant illic. et veniebant et baptiza
bantur. Nondum enim missus fuerat iohes in carcerem.
Facta est igitur questio ex discipulis iohis cum iudeis
de purificatione; et venerunt ad iohem et dixe
runt ei. Rabbi qui erat tecum trans iordanem. cui tu
testimonium perhibuisti. ecce hic baptizat; et omnes
venerunt ad eum. Respondit iohes et dixit. Non potest ho

accipere quicquam; nisi fuerit ei datum de celo. Ipsi vos mihi
testimonium perhibetis. quod dixerim non sum ego
xpistus; sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam
sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat et audit eum.
gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc igitur gaudium
meum impletum est. Illum oportet crescere; me autem
minui. Qui de sursum venit super omnes est. Qui est
de terra de terra est. et de terra loquitur. Qui de celo
venit super omnes est. et quod vidit et quod audivit hoc
testatur; et testimonium eius nemo accipit. Qui autem
accepit eius testimonium signavit quia deus verax est.
Quem enim misit deus verba dei loquitur. Non enim ad
mensuram dat deus spiritum. Pater diligit filium; et omni
a dedit in manum eius. Qui credit in filium
habet vitam eternam. Qui autem incredulus est filio non
videbit vitam eternam; sed ira dei manet super eum.
Ut igitur cognovit ihc quia audierit III
pharisei quia ihc plures discipulos facit et
baptizat quam iohes. quamquam ihc non baptizaret
sed discipuli eius. reliquit iudeam et abiit iterum in galy
leam. Oportebat autem eum transire per samariam. Venit
igitur in civitatem samarie que dicitur sichar: iuxta prediu
quod dedit iacob filio suo ioseph. Erat autem ibi fons
iacob. Ihc igitur fatigatus ex itinere sedebat sic super
fonte. hora erat quasi sexta. Venit mulier de samaria
haurire aquam. Dicit ei ihc. Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in civitatem. ut cibos emerent.
Dicit igitur ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iu
deus cum sis. bibere a me poscis. quae sum mulier sa
maritana. Non enim conutuntur iudei samaritanis.
Respondit ihc: et dixit ei. Si scires donum dei. et quis
est qui dicit tibi da mihi bibere; tu forsitan petisses
ab eo. et dedisset tibi aquam vivam. Dicit ei mulier. Domine
neque in quo haurias habes; et puteus altus est. Unde igitur
habes aquam vivam. Nunquid tu maior es pre nostro
iacob. qui dedit nobis puteum. et ipse ex eo bibit. et
filii eius et pecora eius. Respondit ihc: et dixit ei. Omnis
qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Qui autem biberit ex a
qua quam ego dabo ei. non sitiet in eternum; sed aqua
quam ego dabo ei. fiet in eo fons aque salientis in
vitam eternam. Dicit ad eum mulier. Domine da mihi hac
aquam ut non sitiam. neque veniam huc haurire. Dicit
ei ihc. Vade vocem virum tuum. et veni huc. Respondit mu
lier et dixit. Non habeo virum. Dicit ei ihc. Bene dixisti
quia non habeo virum; quinque enim viros habuisti. et
nunc quem habes non est tuus vir. Hoc vere dixisti.

Dicit ei mulier. Dne uideo qꝛ ꝓpha es tu. Patres
nri in monte hoc adorauerũt; et uos dicitis qꝛ
ierosolimis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei
ihc. O mulier crede mihi; qꝛ uenit hora. qñ neq; in mõ
te hoc neq; in ierosolimis adorabitis patrem. Vos
adoratis qd nescitis: nos adoramus qd scimus: qꝛ salus
ex iudeis est. Sed uenit hora et nunc est: qñ ueri adorato
res adorabũt patrem in spiritu et ueritate. Sla et patrem tales
querit; qui adorent eũ. Spiritus est deus; et eos q̃ adorãt
eũ in spiritu et ueritate oportet adorare. Dicit ei mu
lier. Scio qꝛ messias uenit; q̃ dicitur xpus. Cũ ergo uenerit;
ille nobis annunciabit oia. Dicit ei ihc. Ego sum q̃
loquor tecũ. Et continuo uenerũt discipuli eius; et mi
rabantur qꝛ cũ muliere loquebatur. Nemo tamen dixit. qd
quaeris; aut quid loqueris cũ ea. Reliquit ergo hydriã
suam mulier: et abiit in ciuitatem; et dicit illis hominib;
Venite et uidete hominem; q̃ dixit mihi oia quecq; fecerat. Nũ
q̃d ipse est xpus? Et exierũt de ciuitate; et ueniebant ad
eum. Interea rogabant eũ discipuli eius dicentes.
Rabbi. manducemus. Ille autem dixit eis. Ego cibum
habeo manducare quem uos nescitis. Dicebãt ergo
discipuli ad inuicem. Nũquid aliqs attulit ei manducare?
Dicit eis ihc. Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me: ut perficiam opus eius. Nõne uos dicitis qd adhuc menses iiii et messis
uenit? Ecce dico uobis. Leuate oculos uros et uidete
regiones; qꝛ albe sunt iam ad messem. Et q̃ metit accipit
et congregat fructũ in uitam eternam;
ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit. In hoc
enim est ueruum; quia alius est qui seminat et alius
est qui metit. Ego misi uos metere; qd uos non
laborastis. Alii laborauerũt; et uos in labores eorũ
introiistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderũt
in eum samaritanorum pter uerbum mulieris testimo
nium perhibentis; qꝛ dixit mihi oia quecq; fecit. Cũ
ergo uenissent ad illum samaritani; rogauerũt eum
ut apud eos maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo
plures crediderũt pter sermonem eius; et mulieri
dicebant. Quia iam non pter tuam loquelam credimus
ipsi enim audiuimus et scimus. quia hic est uere saluator
mundi. Post duos autem dies exiit inde; et abiit in ga
lilea. Ipse enim ihc testimonium perhibuit; qꝛ profe
ta in sua patria honorem non habet. Cũ ergo uenisset in galy
leam exceperunt eum galilei cũ oia uidissent q̃
fecerat ierosolimis in die festo; et ipsi enim uenerant
ad diem festum. Venit ergo iterũ in cana galilee; ubi
fecit aquam uinum. Et erat quidam regulus; cui filius
infirmabatur capharnaum. Hic cũ audisset qꝛ ihc
aduenisset a iudea in galileam; abiit ad eum et roga
bat eum ut descenderet et sanaret filium eius. Incipie
bat enim mori. Dixit ergo ihc ad eum. Nisi signa et p
digia uideritis non creditis. Dicit ad eum regulus.
Dne descende prius q̃ moriat filius meus. Dicit
ei ihc. Vade filius tuus uiuit. Credidit ho sermoni
quem dixit ei ihc: et ibat. Iam autem eo descendente ser
ui occurrerũt ei; et nuciauerũt dicentes qꝛ filius
eius uiuit. Sciscitabatq; eos horam abeis; in qua
melius habuerat. Et dixerũt ei. Quia heri hora
septima reliquit eũ febris. Cognouit ergo pater qꝛ illa
hora erat in qua dixit ei ihc filius tuus uiuit; et credi
dit ipse et domus eius tota. Hoc iterũ secũdum signum
fecit ihc cũ uenisset a iudea in galileam.

Post hec erat dies festus iudeorũ; et ascendit
ihc ierosolima. Est autem ierosolimis piscina
probatica quae cognominatur hebraice bethsaida: quinq;
porticus habens. In his iacebat multitudo mag
na languentium. cecorũ claudorũ aridorũ; expectã
tium aquae motũ. Angelus autem domini secũdum tempus de
scendebat in piscinam; et mouebatur aqua. Et qui prior
descendisset in piscinam post motionem aquae; sa
nus fiebat a quocumq; infirmitate detinebatur.
Erat autem quidam ho ibi triginta et octo annos habens
in infirmitate sua. Hunc cum uidisset ihc iacentem
et cognouisset quia multum iam tempus habet; dicit ei. Vis
sanus fieri? Respondit ei languidus. Domine hominem non
habeo; ut cũ turbata fuerit aqua mittat me in
piscinam. Dum autem uenio ego alius ante me descendit.
Dicit ei ihc. Surge; tolle grabatum tuum et ambula.
Et statim sanus factus est ho; et sustulit grabatũ
suum et ambulabat. Erat autem sabbatum in illo die. Di
cebant igitur illi q̃ sanus factus fuerat. Sabbatum est: non
licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me sa
num fecit ille mihi dixit; tolle grabatũ tuum et ambula.
Interrogauerũt ergo eum. Quis est ille ho qui dixit tibi tol
le grabatũ tuum et ambula? Is autem qui sanus factus
erat nesciebat quis esset. Ihc autem declinauit
a turba constituta in loco. Postea inuenit eum ihc
in templo; et dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli
peccare. ne deterius aliquid tibi contingat. Abiit ille
ho et nunciauit iudeis; qꝛ ihc est qui eum sanum fecit.
Propter hoc persequebantur iudei ihm: qꝛ hec faciebat
in sabbato. Ihc autem respondit eis. Pater meus usq; modo

